



BIBLIOTHECA
UNIV. JAGIELLO.
CRACoviensis*

588321

cat.komp.


Mia. St. Dr.

!

35210

J
L

Mag. St. Dr.




588321

1

2146

Sherry




CONSTITUTIONES
ET
EXERCITIA
SPIRITUALIA
CLERICORUM SÆCULA-
RIUM IN COMMUNE
VIVENTIUM
APPROBATA
A SANCTISSIMO DOMINO
NOSTRO
INNOCENTIO
PAPA XI.

Juxta Exemplar excussum
ROMÆ,

In Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

Cum Fucultate Superiorum.



Deinde verò Reimpressum

LEOPOLI

Typis Confraternitatis SSS. TRINITATIS
cū Priv: Sac: Reg: Majestatis 1731.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiss. P.
Sacri Palatij Apost: Mag.

I. de Ang: Archiep: Urb: Vicesg.

IMPRIMATUR,

Fr. Raymundus Capisuccus
Ordinis Præd: Sac: Pal:
Apostol: Magist.



588321



BEATISSIME PATER.

PASTORALIS
solicitudo, &
animarū pre-
cioso Sanguine
Saluatoris Nostrī Redemptarum cu-
ra plurimis ex capitibus inter tam
varia Christianæ pietatis opera, tan-
quam ex fine præstantissima, ex oc-
cupatione Sanctissima, ex necessita-
te cuivis Chstiano gratissima elucet;

A2

eo,

ed; quod fideles per eam à putredine peccatorum virtute divinâ liberati, & ad Episcopum ac Pastorem animarum nostrarum JESUM CHRISTUM conversi, securè ad beatam illam ac cælestem vitam deducantur: quam S. Chrysostomus loquens ait: *si quis voluerit DEO commendatus esse, curam habeat ovium illius, publicamque querat utilitatem, fratribus suorum saluti prospiciat; nullum enim officium hoc DEO charius est; est verò & aliud admirabile curæ hujus encomium, quod per eam, & curæ hujus amatores id præstetur Christo in terris, quod ab ipso in cælis qui vis se consecuturum sperat Christianus, nempe æterno immortalitatis gaudio perfundi; curam enim gerere pastoralem, est in eodem, quo Christus perfunctus est, officio versari, eidem collaborare; gaudium*

Chri-

Christi in se excitare, & Christo gau-
dium dare; Ipsomet attestante, dum
ait: *hæc locutus sum vobis ut gaudium*
meum in vobis sit, & gaudium vestrum
impleatur; rectè hinc infert S. Dio-
nysius Areopagita, dum inquit: *Di-*
vinarum omnium perfectionum divinissima
est, DEI cooperatorem esse in redu-
ctione animarum ad Creatorem. Ex
quorum omnium consideratione,
Beatissime Pater, ad Sanctitatis Tuæ
pedes nos humillimi Sacerdotes &
Clerici ad collaborandum adjuvan-
te divinâ gratiâ in hac Pastorali
curâ ex toto corde provoluti nos si-
stimus, quia majus gaudium San-
ctitati Tuæ in tot curis, in tantis
occupationibus & tam ardentibus
desiderijs afferri non posse vel ideo
credimus, quia ipsæ Tuæ primæ
Apostolicæ literæ in universali Jubi-
leo per communes Christianitatis
preces Sacerdotes & bonos anima-

rum curatores à DEO mitti ardentissimè depositunt. Et jure meritò de Tuâ pastorali sollicitudine pro universâ Christianitate tanquam à te dictū affirmatur; Quod Eminentissimus quondam Ioannes Philippus Archiepiscopus Moguntinus (cuius pia & exemplaris conversatio, uti & singularis prudentia in regendo, in toto Romano Imperio notissima sunt, uti & ab ipsamer Sanctitate Tua etiamnum commendantur) de semetiplo fatebatur, inquiens: salus æterna gregis à DEO Nobis commissi sollicitudinem nostram jugiter exstimalat, ut eidem præfici curemus pastores, à quibus & verbo & exemplo ritè pascatur, atq; sic ad omnem honestatem mortum, & pietatem Christianam suaviter inducatur &c. quatenus per hoc non tam ipse tibi gaudere, quam efficerere

cere posse, ut Christiani veri Apo-
 stolorum & Christi Domini imitato-
 res effecti verbum veritatis cum
 gaudio Spiritus Sancti exciperent,
 & hoc pacto illi gaudium in terris
 dare studeant, à quo in cœlis gau-
 dium expectare credunt æternum.
 Sicut proinde Salvator Noster ver-
 ba quæ acceperat Sanctis Apostolis
 dans, leges & constitutiones de Re-
 gno D E I præscribens tradidit, &
 sic in salutem mundi illos misit: Ita
 nos cum lege illa Evangelica à Sal-
 vatore Nostro præscriptâ Constitu-
 tiones à Ven: D E I Servo Bar-
 tholomæo Holzhausero &c. D E I,
 uti confidimus, impulsu conscrip-
 tas, à memorato Archipræfule Mo-
 guntino summo studio ac ardenti
 zelo primis typis mundo propositas,
 & in animarum salutem omnibus
 in suo Archiepiscopatu pro singula-
 ri tanti principis in bonos pastores.



affetu commendatas accepimus, &
à Tua nunc Sanctitate cum totius
Instituti nostri singulari gaudio con-
firmatas cognovimus, ita easdem
Romanis typis exculas ad pedes
Sanctitatis Tuæ humillimè præsen-
tando ideo deponimus, quia ex ea-
rum observatione Tibi totiq; S. R.
Ecclesiæ, ex eo capite gaudium af-
fereñdum speramus, quod gaudium
sit Christo, si fructus Apostolicus, si
verborum ab ipso datorum canon
à generatione, in generationem
transmittatur; pro quibus omnibus
cum Gratia D E I fideliter præstan-
dis uti nos liberè consecravimus,
pacto obligavimus, juramento uni-
vimus, sic à Tua Sanctitate Aposto-
licam Benedictionem submisissimè
flagitantes, omnem fidelitatem Tibi;
& S. R. Ecclesiæ, uti & Rev: DD. loco-
rum Ordinarijs promittimus, in fide-
litate diligentia in diligentia curam,

in



9

in cura veritatem, in veritate unitatem, in unitate pacem, in pace gaudium Christi h̄ic in terris se-
ctaturi, alterius verò vitæ communia omnibus Sanctis gaudia spe-
rantes, qui sumus & manemus:
Sanctitatis Tuæ.

Humillimi Sacellani

Sacerdotes & Clerici Seculares

in communi viventes.

A5

INNO-

10 • 

INNOCENTIUS P A P A X I.

Ad perpetuam rei memoriam.

CREDITÆ Nobis divinitus Apo-
stolicæ servitutis ratio postulat,
ut salubria Christi fidelium in sortem
Domini vocatorum Instituta, ex qui-
bus uberes in Ecclesia DEI bonorum
operum fructus assiduè provenire no-
scuntur, ac Constitutiones pro felici,
prosperoq; illorum regimine, &
progressu, piè prudenterq; factas A-
postolici munimini præsidio robore-
mus. piàque illorum studia favori-
bus, & gratijs decoremus, sicut ad O-
mnipotentis DEI gloriâ, & animarū
salutem expedite in Domino arbitra-
mur. Exponi siquidem nobis nuper
fecerunt dilecti filij Clerici Sæculares
in communi viventes, quod Anno
M. DC. XL. operâ tunc in humanis
agen-

agēntis Bartholomæi Holzhauser Vi-
carij tunc existentis Episco. Chie-
mensis in Bavariâ, ac ad Sanctum
Joannem in Leogenthal Decani in-
choatum fuit eorum Institutum, quod
Deo opitulante in alijs Diœcesibus,
& Provincijs in dies usq; in præsens
adeo excrevit, ut non tantum à bon:
memor: IOANNE PHILIPPO dum vixit
Archiepiscopo Moguntino, Sacri
Romani Imperij Principe Electore;
sed etiam ab alijs pluribus Archiepi-
scopis, & Episcopis fuerit in eorum
Diœceses receptum, & expressè ap-
probatum, ac ab ijsdem per proprias
literas, prout etiam à Charissimo in
Christo filio Nostro LEOPOLDO Roma-
norum Rege in Imperatore electo, &
à bona pariter memoria MAXIMILIA-
NO PRIMO, & FERDINANDO MARIA dum
vixerunt utriusque Bavariae Ducibus,
ejusdem Sac: Rom: I. Principibus
Electoribus, huic S. Sedi Apostolicæ

in-

instantissime commendatum extiterit. Cùm autem sicut eadem expostio subjungebat, Institutum prædictum sub immediata jurisdictione Ordinariorum, ac directione unius Supremi Præsidiis, prout modò dicti Exponentes eisdem subsunt, omni prorsus exemptione seclusâ, salubriter ordinatum, ac pro felici ipsorum Exponentium, & Instituti hujusmodi directione, rectaq; juventutis institutione nonnullæ Constitutiones factæ fuerint, quæ per Congregacionem nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus super hoc negotio à Nobis specialiter deputatam, revisæ, & in nonnullis correctæ fuerunt, ac in unum volumen redactæ, tenoris, qui sequitur:
videlicet:

CON-

CONSTITUTIONES
CLERICORUM SÆCULA-
RIUM In COMMUNE
VIVENTIUM.

P R O O E M I U M .

Finis hujus Vitæ Clericalis non est
nōvū institutum, aut Religionē
introducere ; sed ipsummet Statum
Clericalem & Ecclesiasticū à Christo
fundatū, & ab Apostolis observatū sub
immediata RR. Ordinariorū potestate
omni prorsus exēptione seclusā pure
amplecti. Ut verò primæva, ac genu-
ina prædicti Statūs honestas tutius &
sanctiùs conservetur, Sacerdotes hu-
jus Vitæ juxta antiquos Ecclesiæ Ca-
nones, secluso fæminarum consortio,
bini, terni, vel etiam plures, simul
sub privatā, & æconomica quadam
unius Superioris directione, ac inspe-
ctione vivent, & bona sua Ecclesi-
stica in communes pios usus confe-
rent: atq; sic & privatam suam, & a-
nimam-

nimarum sibi commissarum æternam
salutem gnaviter promovere stude-
bunt, prout sequentes Constitu-
tiones in certa capita digestæ, uberiùs
explicant.

Illud porrò sibi persuadeant, se ju-
risdictioni Ordinariorum, in quorum
Dioecesisibus pro tempore beneficia,
vel domicilia obtinuerint. (seclusâ
omni exemptione) semper manere
subjectos: Quorū proinde, uti & præ-
cipue ipsius Sanctæ Romanæ Catho-
licæ Ecclesiæ Matris nostræ Dogma-
ta, Jura, Decreta, & consuetudines;
pro viribus observabunt, atq; defen-
dent, quemadmodum à Clericis ea
observari, & defendi par est.

Cæterùm Constitutiones hujus vi-
tæ Clericalis in sex partes præcipue
dividuntur. Prima est de cura propriæ
salutis, & profectus inspiritu. 2. De
communitate bonorum. 3. De frater-
na cohabitatione. 4. De separatione
mulierum. 5. De obedientia. 6. Deniq;
de cura animarum.

D E

DE CURA PRORRIÆ SALUTIS, ET PROPECTUS
IN SPIRITU.

I.

Cum fides sit fundamentum, &
C initium salutis æternæ, sublatō
omni proprio iudicio, captivantes in-
telle&tū suum in obsequium fidei JE-
SU Christi, teneant promptam, ac pa-
ratam voluntatem omnibus iis fidē,
ac obedientiam præstandi, quæ vera
Christi Sponsa, ac S. Mater nostra,
Romana Orthodoxa, Catholica Ec-
clesia, credenda, aut facienda decla-
ravit, vel imposterum declarabit.

II.

Per rectam intentionem in omni-
bus suis actionibus sincere gloriam
Creatoris sui spectent, curentq; quan-
tum in se erit, non solū seipso, ve-
rū etiam omnes alios, ad servien-
dum Divinæ majestati excitare pro-
pter Ipsammet, & propter nimiam
charitatem, qua prior dilexit nos, neq;

in-

in ulla re se ipsos querant, sed in omnibus creaturis, quemadmodum & in semetipso, Creatorem suum, & omnes in illo diligant.

III.

Unusquisque; perspectas habeat animi sui propensiones, & antevertere noverit tentationes, opponendo ipsis remedia, quae quivis sibi cum divina gratia comparare, & in promptu habere laborabit, inflectendo se ad eas, quae sunt contraria peccatis, & profectui spiritus conducunt; ut si quis animadverterit, se ad superbiam, aut iram, aliamve passionem esse propensum, is exerceat se in rebus abjectioribus, & querat, ea, quibus patientiam exercere, aut alij vitijs propensioni resistere possit.

IV.

Ad virtutes solidas hominis sui interioris pro viribus enitantur; praecepue vero studeant in sui ipsius cognitione

tione, veraque abnegatione, & Christiana simplicitate, in humilitate, patientia, & charitate, timore DEI, cū prudentia & discretione plurimū excellere.

V.

Própter amorem Christi Salvatoris sui libenter debent ferre injurias, persecutiones, contumelias & quævis opprobria, imò ex animo gaudere, si gratis odio, habuerit eos mundus, & contempserit: quæ omnia eò ardentius completentur, quòd sciant ijsdem insignibus Dominum & Magistrum suum fuisse spectabilem.

VI.

Cùm ex sola voluntatis affectione (quantumvis etiam spirituali) vel subita boni, verive apprehensione ad agendum, vel omittendum præcipitanter, & quâ datâ portâ, ruere, maximè semper sit periculosum, ideo affectus suos, etiam spirituales, ita refrenent, ut neq; in agendo, neq;
in

in loquendo sint inconfiderati, aut
præcipites. sed re priùs in oculis DEI
discussâ, pensent, quæ honestas, utili-
tas, necessitas, & veritas rebus agen-
dis, vel omittendis subsit, quæve cō-
moda aut incommoda ex ijs sint na-
scitura.

VII.

Temperantiam in cibo, & potu,
ad majus DEI obsequium, & perfe-
ctiorem carnis subjugationem, unicē
cordi habeant, & sancte semper conē-
tur observare. Hinc convivia, quan-
tum fieri potest, domi forisq; evitent;
si verò humanitas, vel Christiana
charitas subinde aliud prudenter sua-
ferit, ex Superioris arbitrio stabit,
quid hac in re cum ædificatione per-
mittendum sit; nemo proinde hisce
citra iussionē se ingerat, aut proprio
motu aliquod convivium accedere
præsumat.

VIII.

Quando itinerantur, apud hujus
vi-

vitæ Sacerdotes divertant, quod si in eorum defectu diversorum aliud eos capere necesse fuerit, memores sobrietatis, & frugalitatis, diligenter caveant, ne cibi, & potūs abusū, animæ puritati, & proximorum ædificationi aliquid officiant.

I X.

Quia otium pulvinar Diaboli, & vitiōrū carnis, aliorumq; plurimorū malorum mater esse noscitur; omnī modō sibi prospiciant, ut semper etiā extra statutas exercitationes ordinarias, honesta aliqua actione sint occupati, quam singuli pro capacitatem sui ingenij, & superiorum directione suscipiant.

X.

Statutis Exercitijs diligenter suum tempus tribuant, uniformitatem omnes servent, & semetipsos utiliter de die in diem in sincerum servitium Divinæ Majestatis impendant: hinc quantumvis aridi sint, & desolati, fortiter nihilominus ijsdem insistant,

sci-

20 *Constit: Cler: Sac:*

scientes, etiam absq; stipendio cælestium consolationum, voluntati Divinæ obsequium rationabile præstare, ejusque providentiæ, & nutui, perfectâ quadam voluntatis suæ cum divinâ conformatione, in omnibus sese subjcere; quare cōstanter pergāt, & ad devotionem in quibusvis difficultatibus se jugiter excitent.

X I.

In suis spiritualibus exercitationibus viæ ordinariæ, secundùm communes prudentiæ, & discretionis regulas, insistant omnes; &, ut se contra dæmonis illusiones tueantur, Superiorum, & Confessariorum ductum sequantur; norintq; modos, tentationes, & insidias maligni spiritūs vietandi & superandi.

X I I.

Ad majorem in spiritu profectum, aut saltem ad necessariam illius conservationem, omnes quotidie in meditationem, secundùm exercitium trium

trium animæ potentiarū, vel ascetica-
cam lectionem, ad minimum per
medium horā post matutinas preces
incumbant, ad quam se pridie vespe-
ri per horæ quadrantem præparave-
rint, eam potissimum ex vita Christi,
& Sntorum materiam feligentes quā
sibi singuli magis profuturam existi-
mabunt.

XIII.

Asvescant omnes quotidie cele-
brare, & ita vivere, ut dignè celebra-
re possint; idcirco summō studiō co-
nentur conscientiam suam, ab omni,
etiam minima, labecula mundā ser-
vare; mortalem culpam plus, quam
faciem colubri formidantes. In hunc
finem ad minimum semel in septima-
na sua peccata integrè confitebuntur
idq; alias toties facient, quoties ne-
cessē fuerit, & quotidiana tantorum
mysteriorum tractatio requisiverit.

XIV.

Ubi non est Chorus, Breviarium
Ro-

Romanum aliasq; preces consuetas,
una cum conscientiae examinibus si-
mul eodem loco & tempore, cum de-
bita attentione, & devotione, in Crea-
toris sui laudem persolvere allabo-
rent.

XV.

Lectioni, studio, ac meditationi
Sacrarum Scripturarum eâ sedulitate,
ac frequentiâ invigilabunt, ut huic
tam sancto exercitio, ultra tempus
matutinæ meditationis, vel lectionis
supra nominatum, saltem unâ adhuc
horam quotidie impendant, & ad
majorem fructum inde percipiendum
Sanctorum Patrum, probatorumq;
Interpretum explanationem desu-
per adhibeant.

XVI.

Præter statuta Exercitia quotidiana,
omnes, & singuli cuiuscunq; Di-
strictus Sacerdotes, in loco à Superi-
oribus assignando, quot annis recol-
lectioni spiritus sui per certos dies va-
cabunt ad quam etiâ extra hoc præ-
scri-

scriptum parati esse debent, quando eam Superiores illis, aut utilem, aut necessariam esse iudicaverint.

XVII.

Non solum æquo animo accipient, si ad majorem in virtutibus progressum, proprij defectus ipsis à Superioribus fuerint intimati; verum etiam ad aliorum correctionem viam sternant: quare si quis grave delictum, aut temptationem, vel ejus periculum in altero notaverit, de hoc Superiorum vel fideliter moneat, vel saltem desuper interrogatus veritatem apertiat, ut ipse pro paterna in suos cura periclitantibus convenienti remedio possit succurrere:

XVIII.

Caveant Sacerdotes sese negotijs secularibus, alijsq; rebus ad se non pertinentibus immiscere, & si quam causam civilem habuerint, sublimioris statu sui intuitu in judicio personaliter non compareant, sed utantur

Pro-

Procuratore; quod si verò urgente necessitate, causam viduarum, pupillorum, aliarumq; miserabilium personarum suscipere charitas svaserit, non faciant id absq; licentia Superiorum; in ijs autem suo duntaxat consilio adjuvandis, memores sint modestiæ, & erga partes litigantes reconciliandæ charitatis.

De Communitate bonorum.

XIX.

Communitas bonorum hujus vitæ Clericos & Sacerdotes obligat, ut redditus suos Ecclesiasticos, quounque titulo obvenientes quoruim tam libera dispositio de jure ad ipsos pertinet, in communes pios usus conferant, collatione stabiliter in vita, & post mortem duratura: (salvis juri bus Sacræ Sedis Apostolicæ & R.R. DD. Ordinariorum) quam eò ipso facere censentur, dum vitæ huic communi se aggregant. Hanc porrò communi-

munitatem bonorum eò ardenter
coli decet, quòd Christus Dominus
cum Apostolis suis eam tenuerit, in
Ecclesia Dei diu viguerit, & sacri
Canones tam sanctè ad eam horten-
tur. Igitur in Authorem vitæ JESUM
Christum iugiter respiciant; & me-
mores, se, ad vendicandam veram
libertatem filiorum Dei, & adipiscen-
das divitias gloriæ ejus, totum the-
saurum suum in Cruce Domini su-
spendisse, laborent omnem affectum
& inordinatam animi solicitudinem
erga res temporales sic extirpare, ut
solus Christus Crucifixus, velut sum-
mum bonum, uniuscujusq; præcor-
dia abundanter impleat.

XX.

Quapropter, ut in majore pace
domestica, & quiete animi, Deo, si-
bi, proximo vacare, & vivere pos-
sint, ubi plures simul habitant, unus
eligatur, qui beneficiorum, & fun-
ctionum Ecclesiasticarum redditus è

manibus Sacerdotum sibi cohabitantium recipiat, & singulorum necessitatibus ex æquo prospiciat, atq; de receptis, & expensis suo tempore Superiori ordinatam rationem reddat:

XXI.

Habitatio, victus, vestitus, lecti, pro diversitate locorum uniformiter sic accomodentur, quemadmodum servos & Ministros Dei, & Ecclesie decet; infirmorum tamen semper habita ratione. Sinè expresso consensu Superioris nihil de uno in aliud domicilium transferatur: hinc caueant hospites, itinerantes, aut qui alio commigrant, ne quid, sive ex Bibliotheca libros, sive ex domo alias quascunq; res, clanculum, & pro libitu suo, secum accipient, ob confusiones, & incommoda, quæ ex opposito consequuntur.

XXII

Qui Parentes, fratres, & sorores
in

in necessitate constitutos habent, œconomiam suam ita instituant, & vivant, ut eos charitativè iuvare possint; ubi vero beneficiorum tenuitas id non patitur, ex dispositione Superioris defectus aliiunde supplebitur. Illi autem, qui ab ejusmodi onere iuvandorum parentum, fratrū, sororum liberi sunt, ne arbitrentur rapinam id, quod ad obsequium pietatis, & necessitatis, in suorum confratrum parentes, fratres, & sorores, ab eodem Superiore commendatos expenditur, verum sibi persuadeant, (cum charitati fraternæ omnia sint communia) in suos impendi: unde, qui non habent parentes, fratres, vel sorores in necessitate constitutos, sint tanquam habentes, gratiasq; Deo agant, quod hac libertate eos donavit.

XXIII.

Cæterum Communitas bonorum hujus vitæ Clericalis, prout supra insinuatum, procedit solummodo de

bonis intuitu munium, functionum
ac reddituum Ecclesiasticorum quo-
modolibet quæsitis: bona autem pa-
trimonialia sub libera cuiusq; dispo-
sitione relinquuntur; cum hoc tamen
moderamine, ut in ijs dispensandis
prima, ac potissima pauperum con-
sanguineorum ratio habeatur: bono
nihilominus communitatis nostræ
Clericalis non præteritô Ad evi-
tandam verò omnem in hac discipli-
na Clericali, & pace domestica con-
fusionem, & alia incommoda, hu-
jusmodi dispositiones patrimoniali-
um diligenter consignentur, & Su-
periori, quoties ipsi videbitur, de-
super ratio reddatur: lites verò, si
quæ super dictis bonis patrimoniali-
bus movebuntur, non à Sacerdoti-
bus in persona, multò minùs nomi-
ne communitatis, sed per procura-
tores coram Tribunalibus agiten-
tur.

De Fraterna cohabitatione.

XXIV.

Duo, tres, vel etiam plures Clerici, pro locorum qualitate (conformiter antiquis Ecclesiae Canonibus) eadem in domo, ac mensa piè, sobriè, castè & fraternè cohabitent; nec facile aliquis solus exponatur, nisi locorum distantia posulet, eaq; sit parochialium proventuum tenuitas, ut duo coabitare non possint: tales verò soli exponantur, qui eam vitæ morumq; constantiam probârunt, ut solitudo nihil periculi secum trahere meritò credatur.

XXV.

Ut autem hujus vitæ socialis disciplina, vitaq; otio, sanctius continetur, & simul major proximo utilitas accrescat, teneros adolescentes in bonis moribus, & literis, eosq; informabunt, prout singulorum ca-

30 *Conſtit: Cler: Sac:*
pacitas , opportunitasq; locorum
permiserit.

XXVI.

Ne tamen ipsi Clerici notitiam
studiorum Theologicorum, & Con-
troversisticorum in scholis acquisi-
tam deperdant, sese, etiam postquam
ad animarum cutam, aliasq; functi-
ones Clericales applicati fuerint, in
prædictorum studiorum exercitio di-
ligenter occupabunt, & subinde in
loco ad hoc deputando, per repeti-
tiones & conſeruentias desuper insti-
tuendas, aliquod ſuæ induſtriae, ac
profectus ſpecimen exhibebunt.

XXVII.

Fraternam charitatem, & uni-
onem ſedulj obſervare nitantur, ſu-
portantes ſe mutuo in charitativa
patientia, & infirmitatis propriæ re-
cordatione; quemadmodum nos, &
totum mundum in peccatis innume-
ris divina bonitas benignissimè ſu-
ſinet.

XXVIII

XXVIII.

Quilibet Sacerdotum, quavis
hebdomadale pro Summo Romano
Pontifice, & occurrentibus Sanctæ
Ecclesiæ necessitatibus, nec non pro
incremento hujus vitæ Clericalis, &
singularibus ejus Benefactoribus u-
nam Missam faciat: menstrua verò
sacra duo (unum quovis in loco pro
eiusdem Ordinario, alterum pro de-
functis Confratribus, & Benefacto-
ribus) à singulis celebrentur. Quo-
tiescumq; etiam continget aliquem
ex dictis Confratribus è vita decede-
re præter consuetas exequias, quæ
in sepulturæ loco peragentur, quivis
Sacerdos; hujus vitæ, pro salute ani-
mæ eiusdem, tria Sacra legat; pre-
ces, & alia pietatis opera unius-
eiusq; libertati relinquuntur.

De separatione mulierum.

XXIX.

Cùm Sacerdotes quotidianum

B4

Chri-

Christi Domini receptaculum sint,
arctissimam castitatis custodiam o-
mnes habeant, enitendo Angelicam
puritatem imitari; ad quam obtinen-
dam portas sensuum occludere, o-
mnesq; occasiones, & privata cum
mulieribus commercia diligentissime
fugere studeant.

XXX.

Quare nullæ mulieres cum hisce
Sacerdotibus in eadem domo habi-
tent; sed quantum fieri potest, in ad-
ministratiōne domūs & culinæ, ope-
ra virorum utantur, si tamen fami-
iliæ rusticæ, vel alia invitabilis ne-
cessitas, mulierum famulitium re-
quirat; matres, vel sorores, si habe-
ri possint, vel saltē tales suscipi-
antur, quas vitæ, morumq; honestas
commendat; eā nihilominus separa-
tione factā, quæ Superioribus vide-
bitur fore sufficiens, & necessaria.

De Obedientia.

XXXI.

Viam regiam sanctæ illius obedientiæ omnes teneant, quam locorum Ordinariis exhibere Clerici Sæculares communiter tenentur: quemadmodum hæc vita Clericalis ab origine sui, sine exemptione, illorum Jurisdictioni se subiiciens sanctè servavit, & servare deinceps perpetuò debebit. Præterea omnibus, & singulis dictæ vitæ constitutionibus, ac omnibus illis, quæ eorum Superiores rationabiliter in Domino mandaverint, circa actiones, & functione suas privatas & œconomicas, perfecūtam, quandam obedientiam, non solum opere, verùm etiam voluntate, & intellectu, præstare pro viribus erit tantur; salvâ semper in omnibus Ordinariorum authoritate, & Jurisdictione.

B5

XXXII

XXXII.

In obtainendis, vel retinendis beneficiis non proprium suum arbitrium, vel **commodum** spectantes, promptum semper, & paratum animum habeant, vel manendi, vel alio eundi; sic tamen, ut in acceptione, ac dimissione, seu renuntiatione ejusmodi beneficiorum, ordo debitus, & uniuscujusq; Dœcessis conscientia semper observetur.

XXXIII.

Secundum subordinationem superioritatis, & inferioritatis unusquisque in conversatione sua, vel officio, ab alio se dirigi patiatur: si quis tamen forte irrationabili, & indiscreto imperio gravetur, ad Superiorum recurrat; qui pro sua discretione in Domino remedium afferet.

XXIV.

Superioribus suas necessitates candidè aperiant, & amotis suspicionibus,

bus, eorum dicta, & facta, ita accipiunt, ut semper in meliorem partem interpretentur, et si propriæ voluntati, & judicio contraria esse videantur: maximè verò caveant murmura, & factiones contra Superiorum dispositiones excitare; hæc enim mutuam charitatem scindunt, bonū regimen disturbant, & instar pestis corpus viresq; Communilitatis inficiunt, ac divino spiritui aduersantur.

De cura animarum.

XXXV.

Cùm pro nostræ vocationis scopo habeamus, juxta normam SS, Canonum (quo ad ejus fieri poterit) & vitæ Ecclesiasticæ honestatem, puritatemq; vivere, & simul per functiones Parochiales Dei honorem, & salutem animarum, sincerè atq; vigilanter, cum propriæ perfectionis studio, per Dei gratiam promovere; idcir-

36 . . . *Const: Cler: Sac:*

idcirco Sacerdotes hujus vitæ singulari industriâ dictam animarum curam exercebunt, & quidem eâ ferventi charitate, ac solicitudine, ut neq; in verbo, neq; in opere, aut exemplo bono aliquid desideretur, quod ad oviculas sibi concreditas, etiam cum extremo vitæ periculo, ritè pascendas conducere possit.

XXXVI.

Sacramentorum itaq; administrationem, Sacrarumq; Cæremoniarum functiones, cum decenti gravitate, & veneratione peragant. Ritus etiam ubiq; illos observent, quos Romana Ecclesia, & locorum Ordinarij præscripserint.

XXXVII.

Ad frequentem usum Sacramentorum, Pænitentiæ, & Eucharistie populum fervide adhortentur; necessitatem, vim, & effectus eorum explicando; maximè verò invigilent, ut ægroti Sacro Viatico, & extrema

Unctio.

In Comm: vivent: 37

Unctione mature provisi, ex hac vi-
ta decedant.

XXXVIII.

In prædicando Evangelio Christi, solius Dei gloriam, & animarum salutem spectantes, ab omni invectivarum genere, & actimoniâ verborum in particulares personas abstineant, neq; hominibus, sed DEO placere studeant: unde, & ostentationem, & auditorum captui minus accommodatos conceptus fugiant; ea semper in medium proferentes, quæ pro diversitate auditorii sui, populum in veritate Christiana erudire, aut in moribus corrigere, vel in charitate, aliarumque virtutum studio magis accedere apta sint.
De quibus plura infrà.

XXXIX.

In sensu simplicitatis, & veritatis Christianæ abundantes, Ecclesiæ traditiones, & Sanctorum Patrum do-
ctri-

ctrinas, præcipue verò Sacrae Scripturæ libros summè æstiment, venerentur, & sibi familiares reddant; quos non ex propria sapientia interpretando, ad subtile conceptus trahere, sed simpliciter ita propone-re studeant, prout est utile ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia, & prout Sancta Ecclesia, Sancti Patres, & Theologorum orthodoxorum consensus, sanctè hactenus intellexit, & etiamnum intelligit.

XL.

Doctrina catechetica, ad rudio-res, & parvulos in articulis fidei orthodoxæ, & moribus Christiano homine dignis ritè instruendos, singuli Dominicis in Ecclesiis Parochialibus uniformiter ex præscripto instituatur; ut sic ex naturalibus ignorantiae tenebris ad lumen veritatis fidei, & viam sanctæ conversationis traducantur.

XLI.

XL I.

Ad hoc plurimum juvabit, si scho-
las vernaculas (quæ magnum, præ-
ter alia commoda non pauca, do-
ctrinæ catecheticæ cum fructu pro-
sequendæ præsidium conferunt) ru-
ri non minus, quam in civitatibus,
omni studio & solicitudine institu-
endas current, frequentius visitent,
& ea, quæ in catechesi dicta, vel di-
cenda sunt, ludimagistrum parvulos
suos docere jubeant.

XL II.

Ex vernaculis hisce scholis aliqui
bonæ indolis parvuli ad ædes paro-
chiales assumantur; qui Sacerdotibus
ad altare inserviant, mensæ mini-
strent, ad eamq; Scripturam Sa-
cram legant, canere, & latine loqui
paulatim addiscant; in mysterijs
quoque Christianæ fidei, timore Do-
mini, ingenuis moribus, bonis lite-
ris, & alijs hujus vitæ Clericalis prin-
cipijs instruantur; sicq; ad omnem
pie-

pietatem, & morum honestatem ab
ineunte aetate, solicite edacentur.

XLIII.

Animarum fructum plurimum pro-
moveri sciant, si Parochiani sincerâ
charitate foveantur: hinc ægrotos
frequentius invisant, eisq;, cum o-
pus erit, ad ultimam luctam ex de-
bito salutaribus monitis assistant, &
confortent: pauperum verò, pupil-
lorum, viduarum, aliarumq; misera-
bilium, & afflictarum personarum
singularem quandam curam habeant,
earundem necessitates, & miseras,
quantum fieri poterit, consiliô, o-
perâ, solatiô sublevando.

XLIV

In parochijs suis nihil novi inci-
piant, nihil mutent; verum consve-
tudinibus laudabiliter hactenus ob-
servatis insistant: maximè verò ca-
veant, ne in ullam controversiam,
præsertim cum Magistratibus se in-
tro-

tromittant; nisi requisitō priūs Superiorum consiliō, & impetratō consensu.

XLV

Hanc Clericorum sacerdotalium vitam diligent, defendant, propagent, & in vocatione sua, tanquam generosi milites in statione, quibuscunq; adversariis non obstantibus, constanter perseverent; ac pro firmiore harum Constitutionum observacione, & custodiā, quandoq; colloquia instituant, quibūs id efficiant, ne res suæ, sive spirituales, sive temporales, aliquid capiant detrimenti, & casu, quo disciplinam dissolvi, vel economiam pericitari deprehendent; provido, maturoq; consiliō occurrant, quod ipsum consequentur facilius, si quivis in examine privato, juxta statum, & conditionem suam, super his Constitutionibus, cum proposito emendationis, diligenter se examinaverit.

XLVI.

XLVI

Denique hæ Constitutiones sub
peccato, per se loquendo, non obli-
gant, et si quis ad hanc vitam cleri-
calem servandam per juramentum
se adstringat. Solus autem ille
pejurus censebitur, qui
proprio motu se ab hujus
Clericalis vitæ, & di-
sciplinæ statu se-
paraverit.



CON-

In Comm: vivent:

43

CONSTITUTIONES JUVENTUTIS AD VITAM SACERDOTALEM CLERICO- RUM SÆCULARIUM

In Commune Vivent: Educandæ.

P R O O E M I U M

Finis hujus vitæ Clericalis est, & Clericos sacerulares in Commune viventes in honestate, & disciplina Clericali conservare & ingenuos adolescentes ad eandem educare: unde qui hic aluntur firmiter sibi proponere debent, quod Sacerdotes facti, sub disciplina hujus vitæ ad incrementum Ecclesiæ Catholice militare, & juxta propriam, & aliorum salutem ex professo procurare velint. Quare, qui ad hujus disciplinæ institutionem accedunt, sibi persuadeant, se verè in filios, & in membra hujus corporis suscipi: igitur seposito erga domum pater-

nam

nam & consanguineos inordinato affectu, eò magis Deum Creatorem suum, & spirituales suos parentes diligere debent, quò majora beneficia & pretiosiorem vitam omnino gratis ab ipsis accipiunt. Proinde hanc Clericorum sacerdotalium vitam, ut veram & charissimam Matrem habeant, illius disciplinæ ex animo se submittant, tradendo personas suas, instituendas & erudiendas secundum voluntatem suorum Superiorum: maximè verò ad perfectionem debitam; & gradum quendam excellentem communitatis bonorum, dilectionis fraternæ, castitatis, & obedientiæ ab adolescentia conentur; in quibus, veluti columnis, tota structura hujus vitæ Clericalis subsistit. Porrò Constitutiones hujus juventutis ad vitam Clericorum sacerdotalium ritè educandæ in tria potissimum puncta dividere vixum est. Primum

mum erit de pietate Christiana: alterum de morum honestate; tertium de studiis literarum.

De Pietate Christiana.

I.

Articulos fidei Catholicæ, eorumq; fundamenta animis suis firmiter imprimere; item tam Sacramentorum virtutes, quam etiam significations sacrarum Cæmoniarum, earumq; congruitates probè addiscere studeant, ex quorum deinde scientia intelligent, solam Ecclesiæ Catholicam cælestis sapientiæ, & divinæ veritaris, insuper & morum laudatissimorū in terris Magistrum existere, extra quam salvare impossibile sit.

II

Nosse præterea debent, mundum, carnem, & diabolum esse tres animalia

mæ nostræ capitales hostes, qui vi-
am ad Cælum tanquam latrunculi
obsidentes, suis hostilitatibus effici-
unt, ut tota vita hominis fit militia
super terram, ad quam viriliter o-
portet accingi. In hunc finem si-
bi omnis generis practica principia
ac media faciliora ex lectione, & me-
ditatione sacra comparabunt, quibz
concupiscentiæ motus, alix q; tenta-
tiones eludi, & muscarum instar po-
sint ac debeant repellli. Huic rei ma-
xime perè deservient libri priorum
Auctorum, quos Pater Spiritualis
singulorum captui, atq; profectui
idoneos judicaverit.

III.

Frequenter sibi meti ipsis inculcen-
humani generis vilitatem, vanitatē,
fragilitatem, & nihilum, ut ex hu-
juscemodi cognitione, & quotidiana
experienciâ agnitionē sui ipsius pau-
latim consequātur. Itē tam beneficijs

Crea-

Creationis, Redemptionis, & San-
ctificationis, quām pēnas eorum, qui
iisdem abutuntur; sicut & quatuor
hominis novissima pēpetuō ob ocul-
os ponant; ut sic vel ad amorem
Dei, gratiā; animi affectum, vel ad
justum timorem Domini seriō im-
pellantur, super quāz, tanquam firma
Christianæ vitæ fundamenta, olim
solidarum virtutum ædificium ex-
struere oportet.

IV.

Virtutum Theologicarum, fidei,
spei, charitatis; & Cardinalium pru-
dentiaz, temperantiaz, fortitudinis, &
justiziæ genuinam naturam practicè
addiscant. Ad hæc in vera humili-
tate, patientiā, abnegatione sui ipsius
jugiter se exerceant, omnesq; su-
as actiones in vera discretione insti-
tuere seriō conentur: maximè verò
quodnam in quavis virtute medium,
& quānam vitiosa extrema sint, se-
dulō indagent: aliàs enim juvenilis
impe-

impetus, ob suam immoderatam vehementiam, experientiā teste, facile & plerumq; ad extrema deflectit. Hic multum proderit, si quilibet aliquid temporis certo cuidam vitio, vel particulari defectui extirpando, & virtuti oppositæ exercendæ, juxta majorem suam indigentiam & utilitatem de consilio Patris Spiritualis vel quoties sibi alias visum fuerit impendat.

V

Veram indifferentiam erga omnes res hujus mundi habeant; solum illud optimum existimantes, quod Dei, & Superiorum voluntate dimanat: proinde promptam obediendi voluntatem, quæ omnibus hanc vitam sectantibus maximè necessari est, à juventute sibi comparabunt.

VI.

Tam primam innocentiam, quam castitatem mentis, & corporis, ut pupillam oculi, illibatam conservata

Tatagant: proinde principiis obstant,
& omnes malas suggestiones sine
cunctatione ex animo ejciant.

VII.

Ad sensuum suorum tam internorum,
quam externorum custodiam
pro viribus attendant: maximè ve-
rò ab auditione rerum turpium, tan-
quam à facie colubri, fugiant; & si
fugere non possint, reprehendant,
vel saltem serio apud se detestentur.

VIII.

Oculos suos ab omni curioso in-
tuitu Sexūs fæminei, aliarumq; va-
nitatum, quæ hominem fascinan-
do inquinare, vel distrahere solent,
solicite avertant. Hinc frenum ti-
moris Domini sibi injicient, fo-
ris, & in templo oculos ab omni in-
ordinata evagatione pro viribus co-
hibere nitantur; quod facilius con-
sequuntur, si præsentiam Dei, & fu-
turorum honorum stabilitatem, re-

C

spectu

50 Const, Cler: Sec:

specie quorum hæc caduca vilesunt,
animò jugiter revolvant.

IX.

Turpiloquia, sicut & blasphemiae,
procul arceantur; & si quis in his de-
prehensus, tertiaq; vice correptus,
emendationem effectivè non de-
monstraverit, tanquam pestis è con-
sortio innocentum ejiciatur.

X

Ne rerum singularium usu ad a-
varitiæ fordes inclinentur, nemini
liceat pecunias proprias, aut res ali-
as, clandestinè, possidere; & si quis
à parentibus, consangvineis, tutori-
bus, aut quibuscumq; aliis simile
quid acceperit, non sibi seorsim re-
servet, sed in communī custodiâ Su-
periori asservandum tradet. Hin-
etsi plutei ad asservationem quarun-
dam regularum studiosæ juventutis
necessiarum, singulis permittantur.
Superior tamen ad eos clavem ma-
gistram habebit.

XI.

Singulis diebus, statim post preces matutinas, medium horam lectio-
ni spirituali, vel meditationi dili-
genter impendant; & quæ ex attenta
lectione; vel meditatione notatu di-
gna deprehenderint, cum brevi re-
flexione, primò memoriae bene man-
dent, tum etiam in libro suo spiri-
tuali ad hoc deputato clare, & bre-
viter notent, ne thesauro spiritua-
lis scientiæ defraudentur.

XII.

Quotidie, tempore, & loco sibi
assignato, tremendo Missæ Sacrificio
devotè intersint; & sub eodem non
solum corpus, & animam, verùm
etiam omnes cogitationes, verba, &
opera sua Patri Cœlesti per JESUM
Christum in servitium offerant: &
qui Officium parvum B. Virginis Ma-
riæ necdum orant, Officium Imma-

Cz

culatæ

culatæ Conceptionis à S. Sede Apo-
stolica approbatum, unà cum Hy-
mno S. Casimiri, pariter approbato
vel approbando præcipue pro con-
servanda castitate persolvant: cùm
verò celebrans ad Communionem
pervenerit, suam quoq; spiritualem
Communionem (prout didicerunt)
instituant.

XIII.

Qui verò in majoribus Classibus
existunt, Officium Beatæ Mariæ Vir-
ginis pro incremento gratiæ vocati-
onis Clericalis singulis diebus reci-
tent; sic quidem, ut Primam, Terti-
am, Sextam, & Nonam sub Missæ Sa-
crificio, Vesperas verò, & Comple-
torium, cum Matutino & Laudibus
pro die sequenti, tempore pomeri-
diano paulò ante cœnam in hono-
rem Genitricis Dei, Reginæ, & Pa-
tronæ singularis hujus vitæ Clerica-
lis, pro temporum diversitate, alter-
nis vocibus recitando persolvant.

XIV

XIV.

In templo sub Missæ Sacrificio, aut Vesperis vera pietate, & modestia præludentes, ab omni garrulitate, & strepitu, oculorum curiositate, & inordinata mentis, omniumque aliarum facultatum effusione se custodiant. Sub auditione Verbi Dei januam alienis cogitationibus præcludendo intellectum, memoriam, & voluntatem, ad percipiendum debitum fructum, Concionatoris sermoni ex animo accommodent.

XV.

Philosophiæ, & Theologiæ studiosi singulis septimanis, & majorum totius anni Festivitatum diebus, conscientiā suam Sacramentali Confessione expiare, & ad Sacram Communionem accedere assivescant: qui verò in humanioribus scholis existant, saltem singulis quatuordecim.

54

Const: Cler: Sac:

diebus id observabunt. Confessa-
rijs autem confiteantur omnes, quos
Superiores, vel ex hujus vitæ Cle-
ricalis Sacerdotibus, vel aliunde de-
terminaverint.

XVI.

Post Communionem aliquantum
temporis in gratiarum actionem pro-
tanto beneficio, aliquam affectuo-
sam orationem, vel ore, vel mente
recitando impendant; in qua omnia
viscera sua, cum omnium necessita-
tum suarum, tam privatarum, quam
publicarum Ecclesie, explicatione,
coram oculis divinæ Majestatis ef-
fundent, & in vulnera Christi ho-
spitis amabilissimi abscondendo co-
mendabunt.

XVII.

Ut ab occultis sathanæ, & natu-
ræ vitiæ insidiis faciliùs præserven-
tur, ab adolescentia assyescant, non
rarò cum Superioribus, Patre Spi-
ritua-

In Comm: vivent:

55

rituali, & Confessario super statu hominis sui interioris conferre; & iisdem graviores, praesertim extraordinarios, animi sui motus, & impulsus candidè aperire, id, quod ad cognitionem, & discretionem spirituum, an ex DEO sint nec ne, plurimum prodeesse dignoscitur.

XVIII

Singulis annis recollectioni spirituali, qui ejusdem capaces sunt, per aliquot dies vacabunt. Idem observetur in eorundem susceptione ad hanc vitam, antequam juramentum praestent: adjungant etiam confessionem generalem totius vitae, nisi ante eam fecerint.

XIX.

Majores junioribus in observatione constitutionum, tanquam speculum veræ integritatis, pro viribus præluceant; & cogitent, se à puer-

C4

tiæ

tiæ indulgentia ablactatos, jam ad veras, & solidas virtutes evocari; proinde spirituali fulgore, studiofis nempe Virtutū, & Exercitiorum ha-
ctenus præscriptorum actibus, in ve-
ra discretione ubiq; prælucere co-
nentur.

De morum honestate.

XX.

Ad eam integratatem morum o-
mnes & singuli pro virib; atten-
dant, ut castigationibus non indige-
ant; & si deliquerint, citò contriti, &
humiliati, fateantur suam culpam,
atq; cum proposito seriæ emenda-
tionis, se Superioris arbitrio submit-
tant, sustinentes libenter pænitenti-
as, quæ pro qualitate delicti fuerint
injunctæ; idque sine resistantia, aut
murmuratione, vel frivolâ excusa-
tione.

XXI.

XXI.

Sene&tutem venerentur, & tam domi Superiores, quam foris Sacerdotes, ac personas Ecclesiasticas quascunq;, maximè verò præceptores suos, & omnes homines, secundùm cujusq; statūs dignitatem, ex animo venerentur, ac debitum honoris titulum impendant.

XXII.

In externis cæremoniis, quæ in modò dictæ reverentiæ signum solent adhiberi, hypocriticam pseudo-politicorum simulationem, & ineptam gesticulationem, ut pestem fugiant; è contrà cum debita gravitate, modestia, & decore, ut recta prudensq; dictabit ratio, venerationem paucis ostendant.

XXIII.

Quoties domi, vel foris, sibi invicem obviabunt, semper ij, qui sunt in inferiori Classe adolescentes alti-

orum Classium; omnes verò, & singuli suos Superiores, aliosq; Sacerdotes, honore debito præveniant; Majores quidem detecto capite, Superiores verò, & Sacerdotes, etiam cum inclinatione corporis salutantes.

XXIV.

Coram Superioribus, & majoribus se ultrò non facile ad loquendum ingerant, ad interrogata verò paucis, modestè, & graviter respondeant. Cum æqualibus ea agere, & loqui expedit, quæ vel honestas, vel utilitas, vel necessitas commendat.

XXV.

Quando adverterent, ex domesticis aliquem delinquisse, aut ad delictum periculose inclinari, vel si aliud quodcunq; scandalum patiantur, ad Superiorum debitâ cum modestiâ, loco, & tempore congruo, fraternæ correctionis causa deferre teneantur, ut maturè malo occurri possit.

XXVI.

XXVI.

Contra correctionem Superiorum non murmurent, & si quid injuste sibi pati videantur, patienti taciturnitate prudenter sufferant, & in meliorem partem accipiendo cogitent, se de praesenti non intelligere correctionis mensuram. In primis autem caveant, ne de suis Superioribus male loquantur, vel illos judicent, irrideant, aut illorum dicta, facta, correptiones, dispositiones &c. sinistre interpretentur; multò minus talia suis sociis, aut (quod pejus foret) extraneis evulgent.

XXVII.

Contra dispensationem necessariorum, nullas factiones, & murmurra excitent; sed si quem defectum horum quomodolibet in veritate notaverint, competenti Superiori seorsim indicabunt, ut suo tempore; & modo sciat remedium adhibere.

XXVIII

XXVIII.

Ab omni specie mendacii abstine-re; veritatem verò, quæ inter præcipua bene moratæ juventutis orna-menta meritò numeratur, tanquam pupillam oculi, in omnibus verbis, & actionibus suis custodire stude-ant.

XXIX.

Non adulentur, non pietatem fingant; neminem decipiendo verbis circumveniant: & in narratione re-rum auditarum ab omni falsa amplificatione abstineant, ut sicut os loquitur, ita in veritate sentiat cor.

XXX.

Nemo alterum mendacii incivi-liter arguat; nec in passione iræ erga se invicem effervescent, aut vindictam sumere quocunq; modo at-tentent: ad competentem verò Su-periorem, si rei gravitas postulave-rit, rationabiliter, & sine cupiditate vindicari.

vindictæ deferre nemo prohibetur;
qui noverit optimè in Domino pro-
videre.

XXXI.

Sermone utantur modesto, non
sapientiæ sublimitatem affectent, nō
falsæ humilitatis abjectionem; sed in
omnibus curent simplicitatem sin-
ceritatemq; Christianam servare;
quibus ædificetur proximus, non of-
fendatur.

XXXII.

In ijs, quæ narrant, ambages; &
superfluos verborum ambitus, sicut,
& circumstantias ad rem non perti-
nentes, abscondant, & modò rectò,
ac planò ad scopum sui discursùs fe-
stinent, aliis etiam discurrendi lo-
cum cessuri.

XXXIII.

Seipsoꝝ præ aliis non extollant,
neq; interiùs in suis rebus sibi vanè
complaceant; multò minùs seipsoꝝ,
aut

aut sua laudare, & per jactantiam magni facere præsumant: cogitare enim debent omne bonum esse desuper à Patre luminum.

XXXIV.

Non sint morosi, erga omnes autem affabiles, manè, & vesperi salutem invicem impertiantur: minores in allequio à majoribus, & superioribus affatum expectent; quod debitæ submissionis & verecundiæ signum fuerit.

XXXV,

Tam vultus tristitiam, & oculorum austерitatem, quam levitatem in seipsis omnes sic corrigant, ut sva-vitas cum gravitate, modestia verò cum magnanimitate in cuiusvis vultu certare videatur; in hoc ipso tamen omnem simulationem, & hypocrysin excludentes.

XXXVI.

Exclusa omni levitate, in incessu gravi-

In Comm: vii ven: 6;

gravitatem cum modestia conjungant semper, incedendo non currant; in vestibus munditiem ament; fordes oderint, & in omnibus verbis, actionibusq; suis gestus membrorum, ac totius corporis compositionem tamquam exhibeant, quæ omnem hominem ædificare possit, ac debeat.

XXXVII.

Erga cibos in mensa appositos ipsius appetitus sensualitatem sibi prædominari sic non sinant, ut gula re. Etæ rationis usum præveniat; quantum autem ad moderatam corporis refectionem necessarium fuerit comedant: in singulorum ciborum contrectatione debitam modestiam, ac decorem in aliorum ædificationem observent: silentium quoq; in triclinio sanctè servetur, exita mensam porrò ordinariè sive domi, sive foris, abstineant, neq; sine licentia Superiorum alibi comedant, aut bibant.

XXXVIII

XXXVIII.

Post mensam aliquantum temporis honestæ recreationi indulgebunt, sic tamen, ut ab indecora corporis agitatione abstineant, & cum ea circumspectione, ac modestia lætitiam attemperent, ut nemo prudens offendì queat.

XXXIX.

Nemo autem, sive domi, sive foris, recreationi se subducere, vel ad alia loca, occasiones, aut consortia declinare, vel eo tempore, præpostero ordine, literis operam dare, vel in loco solitario se tristitia, aut melancholia dedere permittatur: est enim tempus flendi & tempus ridendi; omnia tempus habent.

XL.

Quamvis humanum sit, intra limites virtutis Eutrapelia, jocari, & jocos, aut sales ab aliis accipere, ac tolerare posse; nihilominus tamen stulti-

Multiloquia, scurilitates, & alia, quæ
henestatis terminos, mediumq; di-
scretionis excedunt, in nulla occa-
sione tolerentur. Cùm verò ex hu-
mana imperfectione, tam domi,
quàm foris, contra dictas Eutrapel-
liæ & discretionis leges non raro pec-
cari soleat; à teneris assuescant, ne
ita delicati efficiantur, ut nihil pati
velint, aut possint, existimantes o-
mnia sibi ex voto accidere debere.

XLI.

Cùm valde indecens sit, propriū
sermonem suis interpolare cachinnis,
ideo in narrandis, vel audiendis le-
poribus, ac facetiis, nolint aliis in-
ridendo palmam præcipere; sed ap-
petitum suum inhibentes, cum mo-
derata savitatem oris sua loquantur,
vel alios auscultent: aliis in risum
solutis, & ipsi subrideant; prout vir-
tus Eutrapelia suaserit; vitando duo
extre-

extrema, nimiam quidem austernitatem ex una, nimiam verò levitatem ex altera parte.

XLII

In recreationibus invicem verbis, vel actionibus irritare, aut insultorum morum ineptiis molesti esse nolint, quibus alii ad tristitiam, nauseam, iracundiam, vel antipathiam provocentur.

XLIII.

In auscultando alterius discursu, secluso omni contemptu, sagaciter observent, quid is pulchrum, quid indecens effundat, indeq; sibi documenta tacite effotment, quomodo se in simili occasione gerere velint, quæ cavere, quæ observare: loquenter autē proximum importunè ne interrumpant, sed patienter audiāt; indecens enim est audiri velle, audire verò non nisi impatienter.

XLIV.

XLIV.

Nemini detrahant, aliorum dicta,
& facta in melius interpretentur.
Sinistre verò alios judicare, & amari
verbis perstringere, oderint, cane
pejus & angue.

XLV

Ubi duo, tres vel plures fuerint
simul, caveant, ne defectus tertii,
(quisquis ille fuerit, domesticus vel
extraneus, Superior vel æqualis) im-
prudenti ore suggillent, quod enim
sibi quis fieri non vult, æquum est;
ne faciat alteri.

XLVI.

Alterius dicta, vel facta, seu gra-
viora, seu leviora videantur, tertio
non revelent; sed ad Superiorem, si
correctione indiguerint, cum debita
modestia, & commiserations affe-
ctu deferant.

XLVII.

Ab aliis audita in se finant emo-
ris.

ri, quæ cum debita utilitate, necel-
sitate, aut honestate non propalarū
possunt: quod fieri, si Superiores abo-
lendæ garrulitati, adolescentes verò
servando silentio dederint operam.

XLVIII

Si quis proximum, vel fratrem
suum, de tertio malè loqui audierit;
hoc tertio non manifestabit: multò
minùs, quæ tertius ille de eodem
proximo dixerit, velut susurro, ef-
futiet: hæc enim quia discordiam se-
minant, etiam in rebus levibus, a-
dolescentes odiō capitali prosequi
meminerint.

XLIX.

Unus alterum vexando, irritando
vel defectus exprobrando ad iram
non provocet; multò minùs discor-
diam inter fratres seminare, aut cum
altero verbis, pugnisq; contendere
attenter, quæ omnia, sicut è dia ме-
tro

tro bonis moribus repugnant, ita in domo juventutis nequaquam tolerabuntur.

L.

Quod si unus alterum læserit, citò in gratiam redeant, & qui illatæ injuriæ reus fuerit, injunctâ pænitentiâ, læsa parti humiliter deprecando satisfaciat.

LI.

Injurias tamen ab aliis sibi illatas nullò modō vindicare velint, scientes in patientia possidere animas suas; maxime si tantum in propriam personam sine alio nocumento redundare videantur.

LII.

Si quando proximus in flagranti passione effervescit, qui sibi præsentes sunt, cedant, illius iræ dando locum, ne similiter accendantur. Hinc neq; corripiant quemquam in fervore animi constitutum, sed tempus

pus congruum expectent, donec ar-
dor sedetur, & sedata passione cor-
rectionis sit capax.

LIII

Nemo alteri quicquam furetur,
aut ex petulantia abscondat: proin-
de seriò sit omnibus interdictum
aliorum musæa peryagari, aut plute-
os lustrare.

LIV.

Omnium rerum munditiem dili-
gentes, non tantum in musæo libros,
chartas, aliaq; studiosis necessaria,
post singulos usus in ordinem com-
ponant, verùm etiam in cubiculo
vestimenta quæcumque interfordes
perire, & aliis nauileam creare non
finant.

LV.

Longiores crines, aut comam non
nutriant; sed proscriptiā indecorā
capillorum longitudine, modestam
mediocritatem ex præscripto unifor-
miter

In Comm: vivent:

71

mīter omnes servent, ut caput hon-
estè tegatur, non obruatur.

LVI.

Seorsim dormiant omnes; & to-
tum corpus cum omnibus membris
ad debitam honestatem componere
sicq; compositum in obsequio ser-
te assvescant.

De studiis literarum.

LVII

Gratiæ DEL. & naturæ talentis
viriliter cooperentur; virtutumque
studio illum scientiarum profectum
conjungant, qui virtutibus admini-
culetur.

LVIII.

Tam in scholis, quam domi, eli-
minatâ omni petulantia, explicatio-
nibus, alisq; scholasticis exercitatio-
nibus, sedula attentione aures præ-
beant.

LIX.

Tempore studiorum nemo strepitum, aut pulveres excitet, multò minus extra proprium museum in domo vagetur, aut quocumque modo alios inquietare, & à studiis impedi-
re audeat.

LX.

Concertationes scholasticæ absq;
clamore nimio, qui veritatem dubii
solummodo confundit, sic instituan-
tur, ut argumentans tardè & ordi-
natè sua proponat; defendens verò
patienter argumentum audiens ad
formam respondeat. In se invicem
non invehantur, neq; fervore ni-
mio, vel irâ excandescant: multò mi-
nus unus alterum confundere, sed
rei propositæ veritatem eruere con-
nentur, & ubi illius evidentia, vel
probabilitas constiterit non violen-
ter argumentum ex stimulo super-
biæ intellectualis torquere praesu-
mant,

In Comm: vivent:

73

mant, sed veritati, vel probabilitati
prudenter acquiescant.

LXI.

A prandio ante initium studiorū
medium saltem horam cantui chorali
addiscendo impendent omnes, à quo
nemo eximi poterit. Hunc semel
edocti, vel ad cantūs figuralis, vel
musicæ instrumentalis varia exerci-
tia pro cuiusq; capacitate applica-
buntur.

LXII

In quibus quilibet privatim deli-
quit, etiam privatim castigetur, pu-
blica verò delicta publica pæniten-
tiā intra domesticos parietes mul-
tentur, ut sic scandalum tollatur, &
alii à similibus absterreantur.

NObis propterea præfati expo-
nentes, ac etiam dilectus filius
Abbas Pompejus de Scarlatti dilecti

D

filii

filii Nobilis Juvenis Maximiliani
Emmanuelis utriusq; Bavariae Du-
cis, Sacri Romani Imperii Principis
Electoris, in Romana Curia Admi-
nister, tam ipsius Principis Electoris,
quam dilecti quoq; filii Nobilis viri
Ducis Maximiliani Philippi ejus Pa-
trui, & Electoratus Administratoris
nomine humiliter supplicari fece-
runt, ut Institutum, & Constitutio-
nes hujusmodi pro majori Religio-
nis Catholicæ bono, ipsiusq; Insti-
tuti decore, & augmento, Apostoli-
cæ confirmationis nostræ patrocinio
communire, & alias opportunè in
præmissis providere de benignitate
Apostolica dignaremur. Nos igitur
piis eorundem Maximiliani Emma-
uelis & Maximiliani Philippi Du-
cum votis, quantum cum Domino
possimus favorabiliter annuere, di-
ctosq; exponentes specialis favore
gratia prolequi volentes, & eorum
singu-

singulares personas à quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, &
interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sen-
tentiis, censuris & pænis à jure, vel
ab homine quavis occasione, vel cau-
sa latis, si quibus quomodolibet in-
nodatae existunt, ad effectum præ-
sentium duntaxat consequendum,
harum seric absolventes & absolu-
tas fore censemtes, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, de memora-
torum Cardinalium consilio, Insti-
tutum prædictum sub immediata Ju-
risdictione Ordinariorum, & directi-
one unius generalis Præsidis, nec
non Constitutiones præinsertas, cum
omnibus & singulis in eis contentis,
Auctoritate Apostolica tenore præ-
sentium Confirmamus, & Approba-
mus, illisq; inviolabilis Apostolicæ
firmitatis robur adjicimus, ac omnes
& singulos Juris, & facti defectus, si
qui desuper quomodolibet interve-

nerint, supplemus. Præterea eisdem exponentibus alias Constitutio-
nes præinsertis non contrarias pro
spirituali, temporali; dicti Institu-
ti directione ab hac Sancta Sede post-
modum approbandas condendi fa-
cultatem impertimur. Ac ad tol-
lendam omnem ambiguitatem, cum
dicti exponentes sint Clerici merè
sæculares, omnibusq; sæcularis Cleri
oneribus obnoxii, eisdem exponente-
tes quorumcunq; beneficiorum Ec-
clesiasticorum sæcularium capaces es-
se, ac proinde Canonicatus, & Præ-
bendas, Personatus, Dignitates, eti-
am post Pontificalem majores in Ca-
thedralibus, etiam Metropolitanis,
& Principales in Collegiis Eccle-
siis, nec non Parochiales Ecclesiæ,
earumq; perpetuas Vicarias, & alia
quæcunq; cum cura, & sine cura,
beneficia Ecclesiastica sæcularia quo-
modolibet qualificata, quæ per Cle-
ricos

icos sacerdotes obtineri conservaverunt, possidere, ac consequi, & obtinere posse, Auctoritate, & tenore praefatis declaramus. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosq; plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illos, ad quos spectat, & pro tempore quandocunq; spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicq; in praemissis per quoscunq; Judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, quarumvis Ecclesias

fiarum, aliisvè quibuslibet etiam Ju-
ramento, confirmatione Apostolica,
vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinib⁹; privilegi-
is quoq; indultis, & literis Apostoli-
cis in contrarium præmissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis, illorum tenores præsentibus
pro plenè, & sufficienter expressis,
ac de verbo ad verbum insertis ha-
bentes, illis alias in suo robore per-
mansuris ad præmissorum effectum
hac vice duntaxat specialiter, & ex-
pressè derogamus, cæterisq; contra-
riis quibuscunq;. Volumus autem,
ut earundem præsentium literarum
transumptis, seu exemplis etiam im-
pressis, manu alicujus Notarii pu-
blici subscriptis, & sigillo persona
in Ecclesiastica dignitate constitutæ
munitis eadem prorsus fides ubiq;
loco.

In Comm: viventibus

79

locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur, ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 7. Junii M. DC. LXXX. Pontificatus Nostri Anno IV.

I. G. Slusius.



STA-



STATIONES QUOTIDIANORUM Exercitiorum Spiritualium omni- bus huic vitæ addictis communes.

Statio Matutina.

I.

Mane omnes, & singuli statutâ horâ è lecto surgant; & facto signo S. Crucis inter induendum serio recogitent, quod creati sint, ut Creatori suo in hac vita serviant, & per hoc ipsum servitium salvi fi- ant. Ex hac cogitatione quendam vehementem in voluntate impulsum excitantes, die illo, ac in omni vi- ta Deo servire, ad ipsiusq; Majestatis majorem gloriam, omnes suas co- gitationes, verba, & opera unicè dirigere; consequenter peccatum, tanquam summum hominis malum fugere firmissime proponant.

II.

Porrò vestiti ad abluerendum corp⁹ accedant, & sub lotione vultūs, puritatem cogitationum ac mentis; sub lotione oris, prudentiam, & verborūm rectitudinem, & deniq; sub lotione manūum, sanctitatem operum suorum à Deo exposcant.

III.

Uno quadrante sic impenso, flexis genibus ante altare domesticum clara voce Litanias Lauretanis, una cum adjunctis S. Matris, & S. Josephi collectis, devote recitent: addatur etiam cum suis versiculis, & responsoriis Oratio pro loci Ordinario, quæ incipit: Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus. (Idem fiat meridie post Litanias Omnium Sanctorum, & noctu post psalmum, De profundis) tum ad matutini examinis finem ter Pater & Ave in secreto subjungant: quibus fi-

nitis, ad lectionem spiritualem, vel
meditationem singuli accedant.

De intentione dictarum Litaniarum.

IV.

Has Litanias Lauretanas in dilectionis tessaram ex filiali affectu erga suam Matrem Sanctam Mariam Virginem quotidie recitent, unice ab eadem flagitantes, ut nos filios suos in hora mortis, cum comite, & Sponso suo svavissimo Josepho, maternè velit protegere.

De examine matutino.

V.

In examine matutino super malignitate noctis inquirant, primum quomodo præterita nocte conscientiam examinaverint, & preces suas compleverint: in quibus cogitationibus, & desideriis dormitum inventint: qui noctem exegerint, & quomodo se mane usque ad examen gesserint.

serint. Secundò, præter culpas, quas de præsenti in se repererint; omnia totius vitæ peccata conceptu quodam collectivo ac generali ante oculos Divinæ Maiestatis, ingratitudinem propriam intime agnoscentes, statuant; atq; de iisdem dolentes, humillimè se in abyssum misericordiæ Dei, & meritorum Christi per actus Fidei, Spei, & Charitatis projiciant. Tertiò, firmissimè in genere omnia peccata mortalia & venialia de præsenti die per divinam gratiam prorsus evitare propontant: in specie verò contra proprias passiones suas, certumque vitium extirpandum animum obfirment.

De exercitio trium Pater & Ave.

VI.

Tria denique Pater & Ave in honorem Sanctissimæ Trinitatis persolvent; per Jesum & Mariam trium virtu-

virtutum Theologicarum incrementum; item cogitationum, verborum & operum suorum rectitudinem perfectionemq; desiderent: insuper proportionatum medium , triplici hâc nostrâ operatione ordinatè semper utendi; scilicet Lumine, Gratiam & benedictionem supernaturalem à Deo petant ; quorum beneficio sciant (per illuminationem) quid in omni re Creatori suo acceptum sit; moveantur etiam (per gratiæ excitationem) ad eadem facienda; & denique moti ita afficiantur (per supernaturalem benedictionem) ut operentur bonum.

Statio Meridiana.

VII.

Postea uno quadrante horæ ante mensam recollectioni spiritûs insistant: & in hunc finem simul omnes Litanias de Omnibus Sanctis, unâ cum earum collecta, recitabunt, easq;

afq; prævio examine meridiano,
dictisq; submissa voce septem Pater,
& Ave, concludent.

*De intentione dictarum Litaniarum de
Omnibus Sanctis.*

VIII.

Præfatis Litaniis non solum suos Patronos, sed etiam Omnes Santos, veluti singulares Dei Amicos & Advocatos amantissimos, pio affectu honorent & invocent; ut à Christo JESU Rege suo veram chatitatatem fraternalm, unitatisq; vinculum adamantium huic statui Clericorum sæcularium impetrare velint, quod in hac vita, usq; ad finem mundi, in debita compage pacis & dilectionis, ad suam & aliorum æternam salutem, mutuò conserventur.

De Examine meridiano.

IX.

*In hoc Examine recollectionem
mentis*

mentis feriam instituant, & super decursum medii diei sedulò inquirant, quam conformiter, vel diffor- miter matutinis suis propositis fu- erint operati; vel quibus delictis à præfixo sibi scopo divini servitii ab- erraverint, & si per divinam gratiam bene in stadio se cucurrite inven- rint, glorificant Deum, latantesq; spiritu similiter reliquum diei cur- sum consumere proponant, quod si verò defectus quoscunq; repererint, eorum occasions indagent, & con- trito corde firmiter ad oppositas virtutes animum assumant.

X.

Deniq, septem Pater & Ave sic persolvant, ut unicuiq; Pater noster sua petitio (prout ordine in oratio- ne Dominica comprehenduntur, & paulò post fusiùs explicantur) cor- respondeat: idem fiat in septem Ave Maria per Matrem Dei à Filio suo postu-

postulando septem dona Spiritus S.
prout ad hanc vocationem Clerical-
alem, & ad lucrandas animas necessa-
ria sunt.

*Explicatio septem Petitionum Orationis
Dominicæ, cum earundem applicatione ad
supradicta septem Pater noster.*

PRIMA PETITIO

*Pater noster, qui es in Cælis, sanctifrucetur
nomen tuum.*

XI.

In primo Pater noster mentem ad
Deum Patrem suum in cælis residen-
tem elevent; & per memoriam in-
numerorum beneficiorum, quæ uni-
cuiq; & toti orbi benignissimus Pa-
ter in creatione, conservatione & gu-
bernatione exhibuit, & quotidie ex-
hibet, filialem quandam affectum
excitent, intimè, humillimèq; desi-
derantes, ut primò à se ipsis, deinde
à toto

à toto Clero nostro sacerdotali, & denique ab omnibus creaturis DEO Creatori suo omnis gloria deferatur; quemadmodum in cælis per illam unanimem vocem à tota curia cœlesti in æternum Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamatut.

SECUNDA PETITIO

Adveniat regnum tuum.

XII.

In secundo Pater noster præsentia Dei, quām sibi priùs efformarunt, insistentes, se ad Verbum Dei Incarnatum convertant; idemque per memoriam ingentium beneficiorum, quæ sibi ipsis totiq; generi humano per redemptionem misericordissimus Salvator contulit, ad majorem quendam amoris affectum mentem suam erigant; toto desiderio intime cupientes, ut primò à se ipsis, tum à toto Clero nostro sacerdotali, omniq; genere humano fidelissimè

mē huic Filio Dei, amantissimo Salvatori serviatur, & in nomine ejus omne genu flectatur, consequenter idem Salvator omnes homines (propter quorum salutem descendit de cælis) hic in terris, & ibi in cælis sibi regnum facere benignissimē dignetur.

TERTIA PETITIO.

Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra;

XIII.

In tertio Pater noster ad Spiritum Sanctum conversi, per memoriam beneficiorum, quæ tam in Sanctificantis, quam actualis gratiæ, & aliorum beneficiorum dispensatione specialiter unicuique, & toti mundo abundantissimē præsttit, & adhuc præstat, majore nisu ad amorem voluntatem suam inflammantes ardentissimē desiderent, ut hic Spiritus amantissimus, verus Deus, ab omnibus super omnia diligatur; &

San-

Sanctissima ejus voluntas, cùm sit ineffabiliter bona, in cælo & in terra impleatur; cuius directioni sanctæ in omnibus conformari dulcissimum est, & his tribus petitionibus, Deo ob proprietatem Personarum, & appropriationem beneficiorum, gloria, servitium & amor præstari à nobis desideratur.

QUARTA PETITIO.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

XIV.

Verum, quia secundum Apostolum Paulum non sumus sufficiētes ex nobis aliquid cogitare, & tribus illis prædictis titulis divinæ Majestati sine ejusdem nova gratia satisfacere; ideo in quarto Pater noster non solum corporalem, sed magis etiam spiritualem panem, scilicet aqualem gratiam ad Dei servitium necessariam, postulent: ad quam facilius

cilius obtinendam, more cuiusdam mendici, qui cum olla ad divitis fore stare solet, in conspectu Santissimæ Trinitatis penitus humiliati se sstant, & ostendendo insufficien- tiā suā, mediantibus omnib⁹ Sanctis, in vas suum inane (quod est anima) donari sibi à Deo efficacem gratiam exposcant, quā ipsi per decursum diei dignum servitium præstetur.

QUINTA PETITIO.

*Et dimitte nobis debita nostra; sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris.*

XV.

Cum verò scriptura dicat, nimi-
umq; constet, nos omnes quotidie
in multis offendere, quibus tripli-
cem illum titulum divinæ Majestati
debitum per neglectum laudis, per
transgressionem legis, & deniq; per
temporem charitatis lædimus; in
quinto Pater noster quotidianorum
defe-

defectuum veniam deprecantes, intime à Deo postulent, ut in nullo peccato mortali ab ipso finaliter deserantur: hinc instar alicujus leprosi, qui in via jacet, & miseriam suam viatoribus monstrat, sua peccata, & imperfectiones summo Sacerdoti JESU Christo humillimis lacrymis ostendant, firmissimè secum statuentes, omnibus injuriis per alios sibi illatis semper ignoscere.

SEXTA PETITIO.

Et ne nos inducas intentationem.

XVI.

Penultimò, cùm vita hominis sit militia super terram, viamq; cæli hostes sævissimi, mundus scilicet, caro & diabolus perpetua obsidione infestent, quorum insidiis tot millia millium ad inferos tanquam spolia rapiuntur, neq; ignoremus, nobis etiam insidias esse paratas ad ruinam; ideo timentes Deum inviseribus

bus suis, ab eo humillimè petant; ut tentationes benignissimè avertere dignetur, ne in eas inducantur, in quibus peccarent, aut finaliter perirent: hinc in conspectu Dei Omnipotensq; Sanctorum in comparatione suorum hostium se tanquam parvulos contra mille gigantes astimabunt.

SEPTIMA PETITIO.

Sed libera nos à malo.

XVII.

Ultimò, quia nemo coronabitur, nisi, qui legitime certaverit, in septimo Pater noster ad calicem temptationum heroicè se Patri cælesti offerentes victoriam finalem, & tam liberationem à peccatis, quam damnatione æternâ vehementissime postulent, desiderantes à malo æterno liberari. Et hæ quatuor petitiones ad tres primas, tanquam media ad finem, ordinatæ esse cernuntur.

XVIII.

XVIII.

Quantum ad septem Ave Maria;
in primo donum timoris Domini pe-
tant. In secundo, donum fortitu-
dinis in arduis & adversis. In ter-
tio, donum scientiae, cuius beneficio
sciant, quid Deo suo in omni re sit
acceptum, simulq; nequitias spiritu-
ales mundi, carnis & diaboli in cæ-
lestibus dignoscant; quibus debitâ
prudentiâ præmuniti; congruè oc-
currere, & discernentes bonum à ma-
lo, in bono malum vincere possint.
In quarto, donum pietatis. In quin-
to, donum consilii. In sexto, do-
num intellectus, ad intelligendum,
contemplandum, atque interpretan-
dum Sacras Scripturas. In septi-
mo denique, donum Sapientiae &
libertatis Filiorum Dei, quâ omnes
suas cogitationes, verba & actiones
semper recte instituere noverint.

Statio Nocturna.

XIX.

Vesperi priusquam cubitū ibunt,
ad recollectionem spiritūs omnes
revertantur, gratias agentes DEO
pro beneficiis, quæ per decursum
diei in nos contulit. In hunc si-
nem unam partem Psalterii Beatæ
Virginis Mariæ, & Psalmum De pro-
fundis, unà cum duabus collectis
(modò infra tradendo) compre-
centur; quibus nocturnum Examen con-
scientiæ, & quinque Pater & Ave
adjungent.



MO.

MODVS RECITANDI
Psalterium Beatæ Virgi-
nis M A R I Æ
per hebdomadem.

De exercitio prima partis Psalterii ad di-
em Lunæ, & Iovis ordinato.

XX.

Cum fides sit fundamentum re-
 liquarum virtutum, Psalteri-
 um à Symbolo Apostolorum ordi-
 diantur; sub quo mentem ad Deum
 elevent, & Stationem suam spiritu-
 alem in conspectu Sanctissimæ Tri-
 nitatis, Christi Domini, Beatæ Ma-
 riæ Virginis, Omniumq; Sanctorum
 instituant; ostendentes Patri Cælesti
 mundum cum omnibus statibus, ve-
 luti quandam domum leprosis, ali-
 isq; morbidis innumeris scatentem,
 pro quibus sunt deprecaturi.

XXI

XXI.

Ut majorem efficaciam eorum petitiones apud Deum Patrem sortiantur, post symbolum Apostolorum, sicut & post singulas Decades, unum Pater noster addant, sub quo Filium DEI Unigenitum JESUM Christum; utpote infiniti precii victimam, in cruce & altari immolatam, Patri caelesti offerant, cuius intuitu ad commiserationem flectatur; non enim negabit, quæ per Filium ejus, in quo sibi super omnia complacuit, ad illius gloriam, & animarum salutem, petiverint.

XXII

Primam Decadem pro errantibus in fide persolvant, deprecantes Beatam Virginem Mariam, ut per meritum & gaudium, quo Filium Dei concepit, à divina bonitate impetrare velit gratiam, quâ convertantur. Sunt autem hujusmodi in triplici dif-

E feren-

ferentia, primò Pagani, Ethnici & Athei, qui vero Deo debitam gloriam auferunt. Secundò Judæi, qui sua incredulitate Filium Dei, & Santissimam Trinitatem blasphemant. Tertiò Hæretici, qui Ecclesiam & Spiritum Sanctū contemnunt. Quæ tria genera infidelium, per Gentes, Populos & lingvas in Sacra Scriptura notantur. Hanc injuriam, quam isti Deo quotidie inferunt, pensantes, vehementer Divinam bonitatē, mediante Christo Domino, & Beatâ Virgine Maria, ad miserationem perurgeant, desideria amoris & doloris diversa coram Curia cælesti expōnendo, prout unicuiq; præsens de-votio suggesserit.

XXIII.

In secunda decade pro conversione peccatorum intercedant, qui in aliquo peccato mortali existentes, imaginem Dei supernaturalem abje-cerunt,

cerunt, terv q; diabolorum effecti,
Creatorem suum, & Dominum dere-
liquerunt cum extrema ingratitudi-
nis nota, quam dolorosè secum pen-
sent, & intimâ affectûs teneritudine
Beatæ Virginis Mariæ inexplicabi-
lem peccatorum miseriā ostendant;
unicè solicitantes, quatenus per me-
ritum & gaudium, quo Filium suum
JESUM in utero Virginali portavit,
cælestem gratiam à Deo exorare di-
gnetur, quæ eos è statu damnationis
resurgere, & jugum servitii divini
portare faciat.

XXIV.

In tertia Decade pro imperfectis
orent; & Beatæ Mariæ Virgini osten-
dant omnes status Ecclesiæ, humilli-
mè supplicantes, ut per meritum &
gaudium, quo Filium suum genuit,
& in lucem edidit, imperfectionibus
nimis, quibus omnes status carnali
hoc sæculô, quasi ad occasum ver-

gente, redundant, remedium à Deo impetrare velit; viros scilicet perfectos, qui singulos status veluti stellæ illuminent, dirigant & ad antiquū spiritū vigorem reducant.

XXV

Quartam Decadem pro sagis, maledicis, & aliis obstinatis peccatoribus persolvant; considerantes, quanta ex hoc capite malorum injuria Domino Deo fiat, Beatam Virginem Mariam intenso quodam doloris affectu rogent, quatenus per meritum & gaudium præsentationis, hujusmodi miserias animas Filio suo ad misericordiam præsentare, & imposterum suo patrocinio impedire velit, ne homines taliter seducantur.

XXVI.

In quinta Decade pro innocentia juventute, & aliis in gratia Dei existentibus supplicant; deprecantes Matrem Christi, ut per meritum & gaudi-

gaudium Inventionis, à Filio suo o-
mnibus gratiam, & custodiam con-
tra lapsum in peccatum mortale im-
petrare dignetur, semperq; Filius
inveniatur in suo templo, quod sunt
animæ justorum.

*De Exercitio secundæ partis Psalterii Be-
atæ Virginis Mariæ, pro die Martis & Ve-
neris,*

XXVII.

Decadem sextam pro universo fla-
tu clericali recirent, & ad pedes Ma-
tris Dei supplicibus lachrimis pro-
voluti, ingentes hujus statūs misé-
rias illi ostendant, simulq; petant, ut
hanc nostram vitam clericalem, tan-
quam Domina, Magistra, & Mater
nostra, suo Filio unicè velit com-
mendare, & contra hostes suos de-
fendere.

XXVIII.

Decadem septimam pro iis, qui
præsunt, & pro confessariis offerant,

E3

divi-

divinam assistentiam solicitantes, quā officia sua ad beneplacitum Dei, & salutem animarum dignè perficiant, vulneribusq; peccatorum congruē medeantur.

XXIX.

Decadem octavam pro statu Virginum, & continentium orent, rogantes Christum spinis coronatum, ut tanquam Rex Virginum, per dolorem spineæ coronæ omnibus gratiam & custodiam suæ virginitatis & continentiae largiri velit.

XXX.

Decadem nonam pro iis, qui de præsenti, aut de futuro, in aliquo mundi angulo propter fidem, & Justitiam, tanquam Martyres patiuntur, persolvant; similiter gratiam cæteris hominibus petant, quā unusquisq; crucem suam tollat, & Christum ad mortem usq; patienter sequatur.

XXXI.

XXXI.

In decima decade non solum Imperii Romani, Regnum & Principatum dilacerationem; verum etiam in fide, & moribus dissonantiam deplorent; humillimeq; Christum Crucifixum rogent, ut omnia ad se trahere, & per humilitatem crucis superbiam & simulationem statuum confundere, ac pacem unitatemq; benignissime impetrari dignetur.

*De Exercitio tertiae partis Psalterii Beatae
V. M. pro die Mercurii & Sabbati.*

XXXII

In undecima Decade finalem perseverantiam in bono spiritu poscant, quemadmodum David precatus est dicens: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne proijcas me à facie tua, & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lati-

Iactitiam salutaris tui, & spiritu principali confirmam me.

XXXIII.

In duodecimâ decade pro parentibus, fratribus & sororibus; propinquis, & benefactoribus, pro omnibus sibi commissis & commendatis memoriam faciant; gratiam ipsis exposcentes, quâ sic transeant per bona temporalia, ut non amittant aeterna.

XXXIV.

In decimâ tertia Decade per viscera misericordiæ Dei à Christo, mediante Beata Virgine Maria, petant, ne Spiritum S. suum à Polonia auferat, sed misericorditer à spiritibus immundis haereticorum, falsorumq; Christianorum liberet; largiendo ipsi Spiritum Veritatis, Sanctitatis, Charitatis; Spiritum Sapientiæ, unitatis & consilii.

XXXV.

XXXV.

In decima quarta Decade suppli-
cent Beatæ Virgini Mariæ pro mor-
ientibus, ut per gaudiū suū gloriose
Assumptionis illis assistere, & grati-
am bene moriendi à Filio suo im-
petrare velit, ut post hanc vitam ab
Angelis in cælum suscipiantur.

XXXVI

In decima quinta Decade pro ani-
mabus adhuc in purgatorio detentis
commemorationem instituant; de-
precantes Matrem Dei, ut per gau-
dium Coronationis suæ, miseris ani-
mabus liberationem à pænis purga-
torii, & coronam vitæ æternæ apud
Filium suum solicitare dignetur.

XXXVII.

Cæterū die Dominica, antequā
cubitum concedant, loco Psalterii
Beatæ Virginis Mariæ, Salvatorem
suum Iesum Rosariolo ex triginta
tribus Pater noster constante vene-

*E*s

rentur;

rentur; postulentq; ab eodem gratiam, qua ad plenitudinem meritorum pervenire, & in stadio sic currere possint, ut bravium vitæ æternæ apprehendant.

XXXVIII.

Post Psalterium B V. Mariæ Psalmum *De profundis*, cum duabus Collectis, nempe *Deus venie largitor &c.*, & *Fidelium Deus &c.* quotidie addant; ut animæ fidelium defunctorum, maximè aliis auxiliis destitutæ, à pœnis solvantur.

De Examine nocturno.

XXXIX.

In hoc Examine, veluti in speculo quodam gressus suos retro considerent; doleantque vehementer de admissis delictis, & de futuris caverè firmiter per divinā gratiā proponant

XL.

Quinque Pater, & Ave pro peccatis, & admissis defectibus in honore
quin-

quinque vulnerū Chtisti adjungant,
& sensuum suorum, tam internorū,
quam externorum puritatem petant.

XLI.

Per hæc statuta exercitia quotidiana Spiritualia ad quandam solitudinem cordis perpetuam, ac re-collectionem mentis, nobis in medio turbarum viventibus summè necessariam, omnes pro viribus conentur; ad cuius consecutionem plurimum juvabit, si tam precibus jaculatoriis, & divinæ præsentia familaritati, quam etiam piarum stationum, & personarum affectioni (modò paulò post tradendo) circa humanas suas occupationes ritè assuescat: sic, ut in omnibus, salvâ externarum actionum libertate, conversatio eorum sit in cælis.

DE-

De D I V E R S I S Orandi modis.

*Quibus ad collectionem mentis, & conser-
vationem Spiritus, pro diversitate tempo-
rum, locorum, personarum, & conversa-
tionum utentur.*

Primus Modus

Primus orandi modus est, quô anima ex peccatis suis, vel alienis, mentem ad Deum elevat, agnoscendo reatum, deprecandoq; veniam, & humiliando se infra omnia propter nimiam vilitatem suam: sic oravit Manasses in captivitate sua, David, & alii, quos imitari semper utiliter possumus, quando peccatorum nostrorum, vel mundi in maligno positi, recordamur.

Secundus orandi mod⁹ est, si anima nostra ex beneficiis, & creaturis Dei ascendat ad Creatorem suum, laudando eundem, & admirando ejusdem

eiusdem sapientiam, & bonitatem, &c. Ita oraverunt tres pueri in camino ardenti, fuitq; communis viris Sancti s.

Tertius orandi modus est, quando anima interdiu in temptationibz, aut ad conservandam mentis recollectionem, inter sua negotia precatiunculis utitor: sic orare solitus fuit S. Franciscus, dicendo, *Deus meus, & omnia.*

Quartus orandi modus in eo consistit, ut circa actiones suas, & res quascumque obvias, anima considerationem congruam, & spiritualem, ac utilem suscipiat, quam mens semper (salvâ functionum debitâ libertate) unita maneat cum suo Creatore dilecto. Ad acquirendum hunc orandi modum multum juvat bona facultas imaginativa, qua homo sibi vg. in paupere Christum; in Creatura Deum; in leproso peccatorum;

rem; in ancilla Martham; in igne infernum; in assato damnatos, in tuba judicem, &c. Spiritualiter effingat.

Quintus orandi modus fit per quandam determinatam vocum & temporum commensurationem: ut si orem Pater noster, Ave Maria, Psalmum; Breviarium, Rosariū &c. Offerendo illud tanquam verba sancta, quibus adoratur Deus in eiusdem laudem debitam (absque eo, quod intelligam verba, ad eaq; attendam, alteri honestæ, piæq; considerationi intentus) vel adstringendo mentem ad sensum & affectus, qui ex prolatione verborum per apprehensionem simplicem formantur; vel expendendo interim certæ alicujus vocis, ac sententiæ prolatæ significationem; personæ, ad quam dirigitur Oratio, dignitatem; vel mei ipsius vilitatem & indigentiam.

DE

DE MODO MEDITANDI

Primò qui cupit bene meditari, pridie sūto tempore certam sibi materia seligere, eamq; in unum, duo, vēctiam plura puncta, pro materiax apacitate, dividendo, p̄x- viderebet; aliquo modo vnum, vel alterū finem, quem varietas, vel fæconditas materiæ per apprehensionē quandam simplicem solet propone.

Secudò; in meditatione anima sui ipsis proprius concionator est, unde meditationis scopus eò ten- dit; uter eam homo in aliqua ve- ritate Christiana erudiatur, & clari- us illuinetur; vel instruatur in mo- ribus; vel deniq; magis accendatur in charitate erga Deum, & proximum, ex dictis, factisq; Christi, & Sancto- rum ejus; quæ prop̄ oīuntur.

Tertiò; mane st̄ atutā horā aggre- diatur quis medita tionem, p̄xmis- sa

sa invocatione Spiritus Sdē puncto ad punctum exerceat memoriam, intellectum & voluntem; quæ potentiaz quandoq; pro mortuitate à phantasia juvantur.

Quartò; memoria proficere in medium materiam paratam a meditationem faciendam, & cùm necessitas exigit, alia vel lecta, veaudita, quæ ad rem faciunt, & militationem uberiorem reddunt, congrue suggerit.

Quintò; intellectus ratiocinatur circa materiam à memoria dispositam, apprehendendo, judicando, concludendo, rem unam ex auctoritate deducendo. Ea porrò, circa quæ versatur operatio intellectus, in iis meditationibus, quæ non pertinent ad mysteria Christi, vel Sanctorum; varia sunt, pro varietate punctorum; in mysteriis solent esse personæ, verba & opera personarum, earundeq; cogi-

cogitationis, & affectus interni: virtutes quoq; modus præterea, & finis voborum, ac operum: item causa, effectus, tempus & reliquæ circumstantiæ, quæ faciunt ad pleniorum mystrii intelligentiam. Illud ordinarium est intellectui in omnibus cujusunq; materiæ, & generis meditatimib; ut in sua ratiocinatione utitur rationibus, exemplis, & similitudinibus ex Scriptura, vel libris SS PP. aliorumq; nobilium Scriptorum desumptis, ut sic intellectâ & bene perspectâ veritate, varia motiva proponat voluntati: donec ean vincat, & ad prosecutionem, vel fugam rei intellectæ prorsus adducat.

Sexò; voluntas afficitur ex iis, quæ intellectus proponit: excitando in se ipsa amorem, vel odium: desiderium, vel fugam, gaudium, vel tristitiam, spem, vel desperationem;
auda-

audaciam, vel timorem aut iram, pro varietate rerum ac otiorum, quæ ab intellectu propuntur. Dilatari autem possunt hujusmodi affectus multis modis: e. admirationis, humiliationis, iitiationis, laudis, obsecrationis, canticis, prosopopeiæ, querelæ, reprehensionis, objurgationis, gratium actionis, &c. eosdem conformati tripli- ci via, purgativæ, illuminativæ, & unitivæ exercendo & tempe- rando.

Septimò, phantasia prophit loca; vultusq; personarū, earumq; motus, situm, magnitudinem; graitatem; pro exigentia reliquarum trīm po- tentiarum, ut efficaciūs & cū vi- vacitate exerceantur.

Octavò, colloquia etiam solent esse in meditatione plura, vel pau- ciora: in eoq; consistunt, ut medi- tans, quotiescunq; suggerit affectus, in

in toto meditationis decursu, & in ejus
fine, colloquatur cum Deo, Christo,
vel cum B. Virgine Maria, aut cum
Sanctis Angelis, reliquisq; Sanctis,
sive gratias agendo, sive offeren-
do, sive petendo, sive obsecrando,
sive consulendo, sive aliquid aliud
agendo pro opportunitate & exigen-
tia meditationis, & propriæ necessi-
tatis: aliquando assumendo perso-
nam filii agentis cum patre; aliquan-
do servi, loquentis cum Domino; a-
liquando sponsæ, loquentis cum
sponso; aliquando amici, conversan-
tis cum amico; aliquando rei, depre-
cantis judicem; aliquando leprosi,
deprecantis suum Medicum: aliquan-
do mendici stantibus ante domum di-
vitius, &c. juxta Spiritus S. dictamē.
Concludentur autem colloquia, quæ
sunt in fine meditationis, vocali
aliqua oratione ad eas personas, qui-
bus cum facta fuerunt colloquia.

MA-



MANIPVLVS

Piarum Precum & Exercitiorum

Pro usu Clericorum Sæcularium in
Commune viventium.

STATIO MATUTINA

*Mane prima evigilantium cogitatio sit
ad Deum hâc precatiuncula.*

Benedicta sit Sancta, & individua
Trinitas, nunc & semper, &
per infinita sæcula sæculorum, Amé.
Dum surgunt; signent se signo sanctæ
Crucis dicantque.

In nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus Sancti, Amen.

In nomine Domini mei JESU
Christi surgo, qui me redemit suo
pretioso sanguine; ille me benedi-
cat, regat, custodiat, & ad vitam per-
ducat æternam, Amen.

Dum

Dum se vestibus induunt, finem suum ultimum recogitantes, Deo se & omnia sua offerant, sequenti precatione.

O Dominus meus, Deus meus,
& omnia, justitia mea, bonitas mea & misericordia mea: fiat a te, ut in unione meritorum vitæ, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, sicut & sub patrocinio Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Sanctorū Seraphim, Cherubim, Thronorum, Dominacionum, Virtutum, Potestatum, Principatuum, Archangelorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum & Víduarum, omnes mei tam boni, quam indiferentes cogitatus, intentiones, suspicia, vota, preces, & exercitia, verba, opera, omissiones, commoda, incommoda, tentationes, angustiæ, adversitates, contemptus, irrisiones, unà

118 *Manipulus piarum precum
una cum omnibus devotorum tuo
rum precibus, laboribus, tribulatio-
nibus, & quibuscumq; necessitatibus
ad majorem Sanctissimi Nominis tu-
gloriam unicè cedant: & tu tantum
Deus meus agnoscatis ab omnibus
timearis, ameris, lauderis. Benedi-
ctus Deus, qui vivis & regnas in sa-
cula saeculorum, Amen.*

Ad Beatissimam Virginem.

O Domina mea Sancta Maria
me in tuam benedictam fidē
ac singularem custodiam. & in sinu
misericordiae tuæ, hodie & quotidie
& in hora exitus mei, animam me-
am & corpus meum tibi commen-
do: omnem spem & consolationem
meam, omnes angustias & miseria-
meas, vitam & finem vitæ meæ tibi
committo, ut per tuam sanctissimā
intercessionem, & per tua merita, o-
mnia mea dirigantur, & disponantur
eloquia, cogitationes & opera, se-
cun-

tuo cundūm tuam tuiq; Filii voluntati,
& meam ac totius Ecclesiæ utilita-
tem ac necessitatem, Amen.

Ad S. Angelum Tutelarem

Angele Dei, qui Custos es mei,
me tibi commissum pietate super-
nâ hodie illumina, custodi, rege, &
guberna,

Vel

Angele mi custos tuæ me commé-
do tutelæ, cui me custodiendum Di-
vina Bonitas commendavit: duc,
quæso, cæcum, ignorantem instrue,
imbecillum conforta, pupillum tue-
re, errantem reduc, pigrum impelle,
dormientem excita, gradientem pro-
move; & extremam illam difficulteq;
luctam, quæ cum morte & dæmo-
ne mihi aliquando futura est, feli-
cem esse procura, ut in vestrū con-
sortium anima mea, cùm vicerit, re-
cepta lätè decantet, laqueus con-
tritus est, & nos liberati sumus Amē.

Ad

*Manipulus piarum preciū
Ad Omnes anctos.*

Sancti Dei omnes intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari, & salvari, qui vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Vel

Sancti & electi Patroni mei, N.N.
& Omnes Sancti, rego vos & depre-
cor, subvenite mihi, miseremini mei
corrigit & erigit me misericorditer,
& orate pro me instanter, ut pe-
vos mihi detur à DEO conscientia
sancta, gratia Spiritus Sancti, virtus
Sacramentorum, augmentum gratia
virtutum Theologicarum, & Cardi-
nalium studium, conversatio honesta
vita honorabilis, & consummata
laudabilis, ut ad vos pervenire me
rrear, Per Christum Dominum no-
strum, Amen.

Dum se lavant.

Aspirent ad Dominum Deum, & petan-
pur

puritatem cogitationum, & reclininem
verborum, & operum Sanctitatem hac ora-
tione.

Munda Domine cor meum, ac
habia mea, ut te ac tua tantum co-
gitem; & quod cor sentit interius,
hoc lingua proferat exteriorius. Da vir-
tutem manibus meis ad abstegen-
dum omnem maculam, ut sine pol-
lutione mentis & corporis tibi ser-
vire valeam, Amen.

Ad aspersionem aquæ benedictæ.

Alperge me Domine rore gratiæ
tuæ, munda me à peccatis; doleo
enim, quod te, quem super omnia
diligo, unquam offenderim: extin-
gue in me omnem affectum tibi ad-
versum, ut te solùm amem & glo-
rificem in perpetuum, Amen.

Deinde ante Altare domesticum flexis
genibus alternatim pro felici morte reci-
tent Litanias Lauretanæ.

LITANIÆ LAURETANÆ.

Kyrie eleyson,
 Christe eleyson,
 Kyrie eleyson,
 Christe audi nos,
 Christe exaudinos,
 Pater de cælis, Deus, miserere nobis
 Fili redemptor mundi Deus, misere-
 re nobis.
 Spiritus S. Deus, miserere nobis,
 Sancta Trinitas unus Deus, mise-
 rere nobis,
 Sancta Maria,
 Sancta Dei Genitrix,
 Sancta Virgo Virginum,
 Mater Christi,
 Mater Divinæ gratiæ,
 Mater purissima,
 Mater castissima
 Mater inviolata,
 Mater intemerata,
 Mater amabilis,
 Mater admirabilis.

Mater

Ora pro nobis

Mater Creatoris,
Mater Salvatoris;
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiae,
Sedes Sapientiae,
Causa nostræ lætitiae,
Vas Spirituale
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fæderis arca,
Janua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum
Refugium peccatorum;

Ora

pro

nobis

Fa

Con-

124 **M**anipulus piarum precū
Consolatrix afflitorum.
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,

Agnus D E I, qui tollis peccata
mundi parce nobis Domine.

Agnus D E I, qui tollis peccata
mundi exaudi nos Domine.

Agnus D E I, qui tollis peccata
mundi, miserere nobis.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos,

Kyrie eleysion.

Christe eleysion.

Kyrie eleysion.

Ave Maria, &c.

Anno

Antiphona.

Sub tuum præsidium confugimus
Sancta DEI Genitrix: nostras de-
precationes ne despicias in necessi-
tatis nostris; sed à periculis cunctis
libera nos semper Virgo gloria &
benedicta.

¶ Ora pro nobis Sancta DEI Genitrix
¶ Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

Oremus.

Gratiam tuā, quæsumus Domi-
ne, mentibus nostris infunde;
ut, qui, Angelo runtiante, Christi
Filiū tui Incarnationem cognovimus,
per passionem ejus & Crucem ad re-
surrectionis gloriā perducamur. Per
eundē Christū Dñum nostrū. Amen.
¶ Ora pro nobis Beatissime Joseph.
¶ Ut digni efficiamur promissionibus
Christi. *Oremus.*

SAntissimæ Genitricis tux Sponsi,
quæsumus Domine, meritis ad-

126 *Manipulus piarū precū
juvemur; ut, quod possibilis nōstra
non obtinet, ejus nobis intercessione
donetur. Qui vivis & regnas in fæ-
cula sacerdorum. Amen.*

- Addantur sequentes verisiculi & respon-
soria cū oratione pro Ordinario loci.*
- ¶. Salvum fac famulum tuum N.
¶. Deus meus sperantem in te.
¶. Esto ei, Domine, turris fortitudinis
¶. A facie inimici.
¶. Nihil proficiat inimicus in eo.
¶. Et filius iniquitatis non apponat
nocere ei.
¶. Domine exaudi orationem meam
¶. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus,
qui facis mirabilia magna solus
prætende super famulū tuūN. & super
gregem ei commissum, Spiritum gra-
tiæ salutatis; & ut in veritate tibi pla-
ceat, perpetuū ei rōrem tuæ benedi-
ctionis

tionis infunde. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti DEUS per omnia secula seculorum. Amen.

v. Nos cum plera pia

v. Benedicat Virgo Maria.

Hicce precibus finitis, probè se examinent sub silentio in tribus punctis.

Primo. Quomodo præterita note, antequam cubitum concesserunt, conscientiam suam examinaverint.

Secundo. Quomodo preces & exercitia compleverint; & in quibus cogitationibus atque desideriis dormitum se contulerint.

Tertio. Quomodo se noctu, & manè usque ad examen gesserint.

Conscientia sic discussa super peccata memorata & alia rotius vita, contritionem elicant, cum firmo proposito emendationis.

Praxis actus contritionis frequenter exercendi.

O Amantissime JESU, doleo ex toto
corde meo, quod te DEUM meum,
Creatorē meū, Salvatorē meū, summū
bonum meum, hisce peccatis meis,
quæ detestor super omnia detestabi-
lia, offendere: Ideo in Abyssum mi-
sericordiæ tuæ me conjicio, & propo-
no firmiter amplius non peccare,
omnesque peccandi occasiones devi-
tare, vel centies mori. Speciatim
gratiam tuam invoco, qua me ab N.
vitio, quod Majestati tuæ in me mul-
tum displiceret, potenter hac die, & to-
tā vitâ meâ præserves, & virtutē N.
eidem contrariam misericorditer ani-
mo meo inseras. Qui vivis & regnas
in sæcula sæculorum. Amen.

Denique subjungant tria Pater, & Arse,
in honorem Sanctissimæ Trinitatis pro au-
gmento trium virtutum Theologicarum Fi-
dei, Spei, & Charitatis; ac rectitudine co-
gitationum, verborum & operum, item pro-
lumine, gratia & benedictione supernatu-
rali,

rali; tanquam medio ad bonum usum triplicis hujus operationis nostra valde necessario impetrandi.

STATIO MERIDIANA

Uno quadrante ante corporis refectio-
nem meridianam, redeant ad altare dome-
sticum, & flexis genibus, clara voce pro
impetranda unitate ac charitate fraterna
inter membra hujus vitaे clericalis Litanias
Omnium Sanctorum recitent.

LITANIAE SANCTORUM OMNIUM.

KYrie eleyson
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, mise-
re nobis.

Spiritus Sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere
nobis.

136 *Manipulus piarū precū*

Sancta MARIA. *Ora pro nobis.*

Sancta DEI Genitrix,

Sancta Virgo Virginum,

Sancte Michæl,

Sancte Gabriel,

Sancte Raphæl,

ora.

Omnes Sancti Angeli & Archangeli,

Orate pro nobis.

Omnes Sancti Beatorum Spirituum

Ordines, Orate pro nobis.

Sancte Joannes Baptista, *ora.*

Omnes Sancti Patriarchæ, & Pro-
phetæ, Orate pro nobis.

Sancte Petre,

ora.

Sancte Paule,

ora.

Sancte Andrea,

ora.

Sancte Jacobæ,

ora.

Sancte Joannes,

ora.

Sancte Thoma,

ora.

Sancte Jacobæ,

ora.

Sancte Philippe,

ora.

Sancte Bartholomæ,

ora.

Sancte Matthæ,

ora.

San.

& exercitiorum.

171

Sancte Simon,	ora.
Sancte Thadæ.	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes Sancti Apostoli, & Euangeli- stæ. Orate pro nobis.	
Omnes Sancti Discipuli Domini. Orate pro nobis.	
Omnes Sancti Innocentes,	orate.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane,	orate.
Sancti Joannes, & Paule,	orate.
Sancti Cosma & Damiane,	orate.
Sancti Gervasi & Protasi,	orate.
Omnes Sancti Martyres.	orate.
Sancte Sylvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi.	ora.
Sancte Augustine,	ora.

Sancte

132 *Manipulas piaſū precū.*

Sancte Hieron. me,

ora.

Sancte Martine,

ora.

Sancte Nicolae,

ora,

Omnes Sancti Pontifices, & Confessores

orate pro.

Omnes Sancti Doctores,

orate.

Sancte Antoni,

ora.

Sancte Benedicte,

ora,

Sancte Bernarde.

ora.

Sancte Dominice,

ora.

Sancte Francisce,

ora.

Omnes Sancti Sacerdotes & Levitæ,

Orate pro nobis.

Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ,

Orate pro nobis

Sancta Maria Magdalena,

ora.

Sancta Agatha,

ora.

Sancta Lucia,

ora.

Sancta Agnes,

ora.

Sancta Cæcilia,

ora.

Sancta Catharina,

ora;

Sancta Anastasia,

ora.

Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ,

Orate pro nobis.

Omnes

Omnes Sancti & Sanctæ DEI intercedite pro nobis.

Propitius esto, parce nobis Domine.

Propitius esto, exaudi nos Domine.

Ab omni malo, libera nos Domine.

Ab omni peccato, lib.

Ab ira tua, lib.

A subitanea, & improvisa morte lib.

Ab infideli diaboli, lib.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. lib.

A spiritu fornicationis, lib.

A fulgore & tempestate. lib.

A morte perpetua, lib.

Per mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ. lib.

Per adventum tuum, lib.

Per Nativitatem tuam, lib.

Per Baptismum & Sanctum Jejunium tuum, lib.

Per Crucem & passionem tuam, lib.

Per mortem & sepulturam tuam, lib.

Per sanctam Resurrectionem tuā, lib.

Per

Per admirabilem ascensionē tuā lib.
Per adventū Spiritū sancti Paracleti,
libera nos Domine.

In die Judicij.

lib.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut nobis parcas,

te rog.

Ut nobis indugeas.

⁵
te roga-

Ut ad veram pignorariam nos per-

ducere digneris.

te reg.

Ut Ecclesiam tuam sanctam regere

& conservare di

te log.

Ut Domnum Apostolicum, & omnes

Ecclesiasticos Ordines in sancta Regia

ligione conservare digneris te reg-

inimicos sanctæ Ecclesiæ humili-

are digneris, te reg.

Ut Regibus & Principibus Christianis

pacem & veram concordiam do-

nare digneris, te rog.

Ut cuncto populo Christiano pacem

& unitatem largiri digneris, te rog.

Ut nos met ipsos in tuo sancto servitio

cōfortare & cōservare digneris, tē.

Ur

- Ut mentes nostras ad cælestia desideria erigas. te rog.
- Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. te rog.
- Ut animas nostras, fratrū, prepinquorum & benefactorum nostrorum, ab æterna damnatione eripias, te.
- Ut fructus terræ dare, & conservare digneris, te rog.
- Ut omnibus fidelibus defunctis requie eternam donare digneris, te rog.
- Ut nos exaudire digneris, te rog.
- Fili DEI. te rog.
- Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
- Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
- Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, miserere nobis,
- Christe audi nos.
- Christe exaudi nos.
- Kyrie eleison.
- Christe eleison.

Ky-

135 Manipulus piarū preci
Kyrie eleison.

Pater noster

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Lætamini in Domino, & exultate
justi.

V. Et gloriamini omnes recti corde.
Oremus.

O Mnipotens sempiterne Dsus, qui
nos omnium Sanctorum tuorum
merita sub una tribuisti commemora-
tione venerari, quæsumus, ut deside-
ratam nobis tuæ propitiationis abun-
dantiam multiplicatis intercessoribüs
largiaris. Per Christum Dominum
nostrum. Amen.

Oratio pro Ordinario Loci, ut supra
fol: 130.

V. Divinum auxilium maneat sem-
per nobiscum R. Amen.

Postea fuit examen breve, an proposita
matutina in effectum deduxerint, & ubi
deviauerint: quibus deprehensis contrito-

nem

aem eliciant & reliquum saltem die cursum bene consummare intendant.

CONTRITIONIS ACTUS

B R E V I O R.

O JESU amore tui doleo, quod offenderim te, quem super omnia diligo: cupio omnia mea peccata, præsertim N. emendare tibi que pro iis satisfacere per auxilium gratia tuae
Amen.

Continuo subjungantur Pater & Ave.

Per 7 Pater noster recogitent septem petitiones ejus, ita unicuique Pater noster sua petitio correspondeat.

Prima.

Pater noster, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum.

Secunda.

Adveniat regnum tuum.

Tertia.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

Quarta.

Quarta.

Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.

Quinta.

Et dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris.

Sexta.

Et nenos inducas in temptationem.

Septima.

Sed libera nos à malo. Amen.

Per septem Ave Maria rogent Beatissi-
mam Virginem Matrem DEI, ut impe-
trare velit à dilectissimo Filio suo septem
dona Spiritus Sancti

1. Petant donum timoris Domini.
2. Donum fortitudinis in arduis &
adversis.

Ad 3. Donum scientie.

4. Donum pietatis.

5. Donum consilii.

6. Donum intellectus.

7. Donum sapientie, & libertatis
filiorum DEI.

STA-

& exercitiorum

138

STATIO VESPERTINA.

Singulis diebus vesperi ad medium sextæ, adolescentes majorum classium in loco ad hoc deputato omnes conveniant, & pro incremento gratiæ in vocatione sua Clericali Vesperas & Completorium, cum matutino & Laudibus. in diem sequentem ex Officio parvo Beatae MARIÆ Virginis alternatim recitent.

Antequam cubitum eunt, revertantur ad altare domesticum; & DEO pro acceptis beneficiis gratias acturi, unam partem Psalterii Beatissima Virginis MARIÆ, & Psalmum de Profundis alternatim comprehendentur: quibus in silentio annexente examen nocturnum, & quinque
Pater & Ave.



MO.

MODVS RECITANDI
PSALTERIUM BEATISSIMÆ
VIRGINIS MARIAE.

Formatò imprimis devote signo
Sanctæ Crucis dicitur symbo-
lum Apostolorum, seu Credo,
tum Pater noster.

Hec tria puncta bene notanda.

i. Sub symbolo Apostolorum Sanctissima
TRINITATI ac toti Curia celesti
mundi totius, ac omnium ejus statuum ne-
cessitates & miseras ad commiserationem
exhibeant

II. Ad singulas orationes Dominicas
DEO Patri Filium ejus unigenitum Crucifi-
xum, velut infiniti pretii victimam, ad
majorem precum suarum efficaciam conci-
liandam offerant.

III. sub exordium salutationis Ange-
lice in quavis Decade, Beatissimam Vir-
ginem ut matrem spectent; ac mysterium

& exercitiorum

130


in ea Decade consideranū, uti & petitionem,
ad quam dirigitur, in memoriam sibi ree-
vocent.

In qualibet Decade, cum peruntum
fuerit ad Nomen IESU, adjiciatur

In Rosario Gaudioso dicendo die Luna
& Iouis.

- | | |
|-------|--------------------------------------|
| 1. | Virgo conceptisti |
| 2. | Visitando Elisabe-
tham portasti. |
| Ad 3. | Virgo genuisti. |
| 4. | In templo præ-
sentasti. |
| 5. | In templo in-
venisti. |

S Maria Mater Dei &c.



In

141 Manipulus piarum precum

In Rosario Doloroso, quod dicitur
die Martis et Veneris, Nomi*n*i
IESVS adjiciatur

- S. Maria &c.
- 1. Qui sanguinem sudavit.
 - 2. Qui flagellatus est.
 - 3. Spinis coronatus est.
 - Ad 4. Crucem bajulavit.
 - 5. Crucifixus est.

In Rosario Glorioso, quod dicitur
die Merc: & Sabbati, ad singulas
Decades post Nomen IESV
addatur.

- S. Maria &c.
- 1. Resurrexit à mortuis.
 - 2. In cælum ascendit.
 - Ad 3. Q[uo]d Spiritum Sanctum misit
 - 4. E[go] Te in cælum assumpsit
 - 5. Te in cælis coronavit.

In

Intentiones ROSARI

Gaudiosi.

- In Decade.
1. Orent pro errantibus in fide.
 2. Pro conversione existentiū in peccato mortali.
 3. Pro imperfectis.
 4. Pro sagis, maleficiis, & aliis obstinatis peccatoribus
 5. Pro innocentia juventute, & in gratia Dei existentibus.

Intentiones ROSARIJ

Doloresi.

- In Decade.
1. Orent pro toto statu Clericali
 2. Pro iis, qui præsunt, & confessariis.
 3. Pro Virginibus, & continentibus.
 4. Pro iis, qui ob fidem, & justitiam patiuntur.
 5. Pro statu politico Christianæ Rei publicæ, & præcipue pro S. R. Imperio.

In

143 Manipulus piarum precum

In ROSARIO Glorioso:

1. Orent pro perseverantia finali in
bono spiritu.
2. Pro consanguineis, Benefactoribus
& aliis sibi commissis ac com-
mendatis.
3. Pro Polonia
4. Pro morientibus.
5. Pro animabus Fidelium defuncto-
rum.

In Decade:

Die vero Dominica venerentur IE-
SUM salvatorem suum Rosariolo 33.
Pater noster, ad impetrandam ab eodem
gratiam, quâ ad plenitudinem meritorum
pervenire, & in studio sic currere possint,
ut bravium vita aeterna apprehendant.

Exordium autem fuit à symbolo Aposto-
lorum, cui subjiciantur tria Pater noster;
tum ante primam Decadem orationum Do-
minicarum precedat unum Ave Maria;
idem etiam fiet ante aliquas duas Deca-
des.

Post

Post Rosarium quotidianum se-
quitur Psalmus De profundis
cum duabus collectis
pro Defunctis.

DE profundis clamavi ad te Do-
mine; Domine, exaudi vocem
meam. Fiant aures tuæ intendentæ;
in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domi-
ne, Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est; &
propter legem tuam sustinuite, Do-
mine.

Sustinuit anima mea in verbo e-
jus; speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad no-
ctem speret Isræl in Domino.

Quia apud Dominum misericor-
dia, & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Isræl ex omnibus
iniquitatibus ejus.

G v, Re-

145 Manipulus piarum precium

V. Requiem æternam dona eis
Domine.

- V. Et lux perpetua luceat eis.
V. Domine exaudi orationem meam.
V. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus venia largitor, & humanae
salutis amator: quæsumus clem-
entiā tuā, ut nostræ congregationis
fratres, propinquos, & benefactores,
qui ex hoc sæculo transierunt, Beata
Mariæ séper Virgine intercedente cū
omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ bea-
titudinis cōsortiū pervenire cōcedas.

Fideliū Deus omniū Conditor, &
Redemptor animabus famulorū fa-
mularūque tuarū remissionē cuncto-
rū tribue peccatorum: ut indulgen-
tiā, quam semper optaverunt, pīs
supplicationibūs consequantur. Qui
vivis & regnas in sæcula sæculorum.

V. Amen.

Oratio pro Ordinario Loci, ut supra fol. 130

V. Di-

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Denique fiat examen nocturnum, quod consistit in quinque punctis.

P R I M U M.

Gratiarum actio pro beneficiis acceptis.

O Infinita bonitas, gratias tibi ago pro omnibus beneficiis, quæ mihi hodie, & totâ vitâ meâ contulisti, tibi laus, & gloria in infinitas sæculorum myriadas.

S E C U N D U M.

Luminis petitio.

O Æterna Sapientia Christe JESU, da ut quidquid tibi hodie in me displicuit, id mihi integre in memoriā redeat.

T E R T I U M.

Hic suam quisque conscientiam examinet, quid singulis horis ab ultimo examine slapsis peccaverit; cogitatione, verbo & operi; & que peccata nondū confessus fuerit.

Ga

Quar-

47 Manipulus piarum precum,
QUARTUM.

Peccatorum deprecatio.

O Inexhausta misericordia, ignoscē
mihi quidquid hodie peccavi coram
te: ego omnes offensas hujus diei, &
totius vitæ meæ depono in abyssum
misericordiæ tuæ; & per mortem Filii
tui te deprecor, O DEUS, dimitte mi-
hi quidquid unquam in te peccavi.

QUINTUM.

Emendationis propositum.

O Immena Majestas, firmissime
propono non delcare amplius.

Coronidis loco subjungantur quinque Pa-
ter. & Ave, in honorem quinque vulnerum
Christi, pro remissione peccatorum, & puri-
tate sensuum tam internorum, quam exter-
norum impetranda.

Exuentes se, & cubitum sedentes com-
mittant se Beatissima Virgini, sicut de die
sæpius pro commoditate.

O Domina mea Santa MARIA,
me in tuam benedictam fidem &c.
at supra. fol. 119.

Ad

Ad Sanctum Angelum Custodem.

Angele Dei, qui custos es mei me tibi commissum, pietate supernâ hac nocte illumina, custodi, rege & gubernia. *Vel*

O Amantissime Angele DEI, qui hucusque tam fidelis custos es mei, dignare insuper hac nocte cor, & corpus meum immaculatum servare ut tecum merear SS. Trinitatem aeternum contemplari amare, & glorificare, Amen.

Ad Sanctos Patronos, & omnes Sanctos.

Vos Sancti Patroni mei, & omnes Sancti Electi DEI, supplete vices meæ imperfectionis in benedicendo & laudando Domino meo: & impetrare mihi meisq; gratiam in ejus amore vivendi, perseverandi, moriendi, tandemque ejusdem gloriâ vobiscum aeternum perfruendi.

649 Manipulus piarum precium.
Antequam lectum ingrediatur, aspergant se
aqua benedicta & dicant:

Alperge me Domine rore gratiae
tuæ &c. ut supra fol. 121.

Lectum ingressuri signent se signo S.
Crucis & dicant:

Per signum Crucis de inimicis no-
stris libera nos DEUS noster.

JESUS Nazarenus, Rex Judæo-
rum, titulus triumphalis defendat nos
ab omnibus malis. Ecce Crucem
Domini nostri J E S U Christi fugite
partes adversæ, vicit Leo de tribu
Juda, Radix David. Sancte DEUS,
Sancte fortis, Sancte & immortalis
misericordia mei.

Benedicat me Imperialis Majestas,
protegar me regalis Divinitas, custodi-
at me sepieterna Deitas, foveat me im-
mensa divinitas, dirigat me inestima-
bilis bonitas, gubernet me potentia
Patris, vivificet me sapientia Filii,
illuminet me virtus Spiritus Sancti,
Amen.

E

Ex horologio P. Drexely.

Pater Æterne, per vitam & mortem
Filii tui, per omnem bonitatem tuam
te rogo, concede mihi, ut in bono
perseverem, & in gratia tua moriar.
Bone JESU, per extremas illas in
Cruce voces, quibus Patri Spiritum
commeridasti te rogo, suscipe Spiritum
in fine vita meæ.

Spiritus Sancte Deus, miserere mei &
Sanctâ inspiratione tuâ me semper, &
potissimum in hora mortis meæ, adjuva

Sanctissima Trinitas unus DEUS
miserere mei nunc & in fine vita,
meæ. Amen.

*In lecto modestè compositi & cancellatis
ante pectus brachiis in modum
crucis, dicant:*

Da Domine, ut singulae meæ respi-
rationes totâ nocte tibi laudem, &
gloriam exhibeant. Amen.

In manus tuas Domine commen-
do spiritum meum.

151 Manipults piarum precum

In pace in idipsum dormiam, &
requiescam.

**MODUS OBEUNDI
SACRAMENTUM
POENITENTIAE.**

Oratio ante Examen conscientiae.

ATerne Parens, Pater misericordiarū, & DEUS totius cōsolationis, peccata mea examinaturus, vehementer confundor, sed tu nosti omnia, & eorum gravitatem & numerum & indignitatem habes perspectam. Tu enim scrutaris corda & renes, ô DEUS meus! Rogo te humillimè, ut omnia & singula per gratiā tuam possim recordari, expendere & deplorare. Concede mihi Spiritum Sanctum tuum, qui mihi eorum memoriam refricet, cogitationes & discussionem mentis meæ dirigat, & dolorem animi mei, qui peccata mea diluere possit, excitet.

Hymnus

Hymnus.

Veni Creator Spiritus,
 Mentes tuorum visita,
 Imple supernâ gratiâ,
 Quæ tu creâsti pectora.
Qui diceris Paraclitus.
 Altissimi donum DEI,
 Fons vivus, ignis, charitas,
 Et spiritualis unctio.
Tu septiformis munere.
 Digitus paternæ dexteræ.
 Tu ritè promissum Patris,
 Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
 Infunde amorem cordibus.
 Infirma nostri corporis
 Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
 Pacemque dones protinus,
 Duatore sic te prævio,
 Vitemus omne noxium.
Per te sciamus, da, Patrem,
 Noscamus atque Filium,

G5

Te-

133 *Manipulus piarum precum*

Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

DEO Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis:
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula Amen.

¶. Emitte Spiritū tuū, & creabuntur;
¶. Et renovabis faciem terræ.

Oremus.

DEUS, qui corda fidelium Sancti
Spiritū illustratione docuisti: da
nobis in eodem Spiritu recta sapere,
& de ejus semper consolatione gau-
dere. Per Dominū nostrum JESUM
Christū Filium tuum, qui tecum vivit
& regnat in unitate ejusdem Spiritū
Sancti DEUS, per omnia sæcula sæ-
culorum. Amen.

**Discussio conscientiæ fiet circa
sequentia.**

Peccata contra D E U M.

**Confessione sacrilegā, dum pecca-
tum.**

tū mortale reticui, vel quia de peccatis non dolui, aut propositum emendationis non habui, toties, &c.

Communione sacrilegā in statu peccati mortalis, toties.

Negligentiā in præparatione ad confessionem, vel communione.

Dubitacione voluntariâ circa aliquem fidei articulum, toties.

Negligentiā in repellendis cogitationibus contra fidem, spem, charitatem. toties.

Blasphemiac contra D E U M, murmurando contra ejus justitiam, & misericordiā, &c. toties. Negligentiā in repellendis tentationibus blasphemix, pusillanimitatis. toties.

Violatione voti in re gravi. toties.

Perjurio; cùm falsum juravi,
vel

155 Manipulus piarum precum
vel dubitans de veritate. toties.

Vel cum promisi aut minatus
fui cum juramento, me malum
aliquid grave, vel leve facturum,
animō servandi. toties

Vel dum juravi me rē licitam
facturum animo non servandi.
toties.

Fractione juramenti; quando
do rem licitam juramento pro-
missam non servavi, cum possem.

Juramento temerario; quando
sine necessitate, vel utilitate ve-
rum juravi.

Missā die feriatā omnino non,
vel non integrē auditā. toties.

Distractionibus in ea volunta-
tiē admissis. toties.

Negligentiā in vitandis distra-
ctionibus in oratione.

Ingratitudine erga DEUM pro ac-
ceptis specialibus beneficiis. to-
ties.

Con-

Accuso me de

Contemptu, vel neglectu peccatorum gravium vel levium. toties.

Gloriatione ob peccata gravia vel levia. toties.

Complacentiâ in peccatis mortalibus olim admissis. toties.

Superbiâ circa dona naturæ, vel gratiæ; dum ea non DEO, sed meis meritis attribui. toties.

Jejunio Ecclesiastico, ad quod teneor, non observatō. toties.

Contra seipsum.

Superbiâ, arrogantiâ, ambitione, estimatione mei ipsius nimia, complacentiâ vanâ, pertinacia in proprio sensu & judicio, hypocrisi. toties.

Curiositate sciendi res perniciosas, curiosas, & periculosas. toties.

Cogitationibus lascivis, quibus voluntariè inhæsi. toties; vel qui-

157 Manipulus piarum precūm
quibus me oblectavi. toties.

Desiderio deliberato peccandi
contra castitatem, in tali specie,
toties.

Negligentia in præcavendis,
& comprimendis illicitis cogita-
tionibus, motibus, illusionibus,
toties.

Negligentia gravi, vel levi, in
custodiendis sensibus, visu, audi-
tu, odoratu, gustu, tactu. toties.

Intemperantia gravi, vel levi,
in cibo & potu. toties.

Negligentia & defectu appli-
cationis in studiis.

Otiositate, seu tempore maledic-
collocato.

Contra proximum.

Inobedientiam gravi vel levi in
parentes, superiores, moderatores.

Murmuratione contra eos; vel
eorum contemptu. toties.

Despicientia proximi, vel aver-
satio

Accuso
me de

Noné ab eo; odio, ira, invidia,
impatientia, suspicione vana, temerario judicio. toties.

Detractio*n*e contra proximum;
quando falsum delictum, grave
vel leve ipsi affixi, vel verum
occultum detexi. toties. Idque
ex odio, & animo ejus famam
lædendi.

Mendacio, cum, vel sine gravi
damno proximi. toties.

Scurrilitate in loquendo, turpi-
loquio. toties.

Asperitate verborum, conten-
tione, susurratione, maledicen-
tia, cōvitiis, cōtumeliis, irrisione.

Verberatione, vulneratione,
gravilæsione. toties.

Desiderio mali alieni gravis
vel levis. toties.

Gaudio ob malum proximi
grave vel leve. toties.

Dolore ob bonum proximi,
cum.

159 Manipulus piarum precium
cum, vel sine animo tale bonum
impediendi. toties.

Voluntate alteri nocendi, vel
me vindicandi, quamvis effectus
non sit secutus. toties.

Scandalo gravi, vel levi, toties.

Laude delicti alieni. toties.

Irritatione proximi ad iracun-
diam, vel aliud malum.

Neglectu correctionis frater-
næ, quomodo corrigere debui-
sem. toties.

*Ex his, occurrent facile alia, quæ hoc pa-
radigmate non continentur.*

*Antequam accedant ad confessionem, po-
terunt præmittere hanc orationem,*

OJESU DEUS cordis mei, infinitè
misericors & longanimis, infinitè
suavis & amabilis, qui cum Patre &
Spiritu Sancto multiplicas super me
inæstimabiles divitias misericordiæ,
longanimitatis, & charitatis tuæ; qui
hucusque me ingratum toties cum

Pe-

Petro respexisti, cum Magdalena in
viā salutis reduxisti & in sanguine tuo
animam meam dealbasti; toties me
prodigum filium in osculum pacis re-
cepisti, & infidelem licet famulum
ad intimam familiaritatem invitasti;
amplector, veneror, & adoro te, &
tanta viscera misericordiae tuæ erga
me; atque omnium creaturarum af-
fectu tibi gratias ago pro ineffabili
isto æternæ tuæ dilectionis excessu,
quo mihi in tot defectus quotidie la-
benti, spatum & gratiam resipisen-
di, spem veniæ, fiduciam perseverâ-
di, ac gloriam consequendi tribuisti.
Utinam ô DEUS meus, te infinito a-
more & honore dignissimum semper
amâsssem & glorificâsssem! utinam te
nunquam offendissem, nec offendes-
rem post hac in æternum! Sed ô bo-
nitas infinita, quid tibi retribui pro
omnibus bonis, quæ tribuisti mihi,
præter innumeras meas offendiones,

ingra-

161 *Manipulus piarū precū
ingratitudines, negligentias? dolēo
de his ac omnibus & singulis vitæ
mēx peccatis ex animo, purè propter
DEUM meum infinite amabilem;
quia tibi, quem diligo; æternumque
diligam super omnia displicent: ea
propono sumiter ardenterque per
gratiā tuā emendare & cōpensare. In
satisfactionē offero tibi merita omnia
labores, ac dolores ipsumque san-
guinem Domini mei JESU Christi,
merita Beatissimæ Virginis, & San-
ctorum omnium, meque, ac vitam
meam, cum universis meis actioni-
bus, quas cupio dirigere ad gloriam
Nominis tui, tibi devoveo. Amen.*

*Accedens ad confessionem, coram Sacer-
dote genuflexas dicat:*

Benedic Reverende Pater.
Deinde factō signo S. Crucis recitet.
**Consiteor DEO Omnipotenti, Bea-
te MARIAE semper Virgini, Beato**
Mi-

Michæli Archangelo, Beato Joanni
Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro &
Paulo, omnibus Sanctis, & tibi Pa-
ter: quia peccavi nimis cogitatione,
verbo, & opere.

His dictis peccata sua integrè, nullò o-
missō, pure, absque ulla simulatione, hu-
miler in conspectu DEI, distinctè cum
vero emendationis affectu, & animo con-
trito, recenscat, & tandem sic concludat:

De his & omnibus aliis meis pec-
catis, quorum etiam non recordor,
dico: mea culpa, mea culpa, mea ma-
xima culpa. Ideo precor Beatam
MARIAM semper Virginem, Bea-
tum Michælem Archangelum, Bea-
tum Joannem Baptistam, Sanctos
Apostolos Petrum & Paulum, omnes
Sanctos, & te Pater, orare pro me
ad Dominum DEUM nostrum.

Post hæc attente ac devote excipiat in-
junctor pœnitentiam, & si quam admo-
tionem Confessorius imperiat. Denique
dum

163 Manipulus piarū precū
dum pronuntiatur absolutio, excitet Con-
fessionem superius præscriptam.

Peracta in hunc modum Confessione, &
imperata absolutione, si injuncta pœnitentia
mox persolvi potest, ne differatur, sed
accurate præstetur magno devotionis affec-
tu. Deinde, si commode fieri poterit, re-
titetur sequens.

O R A T I O.

Ex S. August: lib. de Spirit: docum.

Deprécior te JESU Salvator, bone
Redemptor, qui pretiosissimo Sā-
guine tuo redemptus sum, ut propter
carnis corruptionem non peream,
neque veniam in mortem secundam,
nec in terram oblivionis. Hæc vox
in auribus misericordiæ tuæ sonet, ut
tuam faciam voluntatem, & omnis
mens mea te meditetur, in te dele-
ctetur, te sequatur, te confiteatur,
qui redemisti me.

In æternum misericordia tua est,

&

& in misericordiâ tuâ revixi perditus
Peccatis, & surrexi à mortuis, quo-
niā segregâsti me à peccatis adole-
lescentiæ meæ; & egi pœnitentiam
coram te, quia servâsti mihi tempus
conversionis, & considerans peccata
mea compunctus sum: latus jam in-
de tibi nunc & semper innumeras
gratias refero, quia ut inven-
iam te, tu priùs quæsivisti me; ut redi-
rem ad te, tu compulisti me, ut cō-
fiterer tibi, tu es operatus; & ut me
recognoscens plangerem, tu dedisti
mihi: tu enim es misericors Domi-
nus, qui sperantes in te non confun-
dis, requirentes non derelinquis, re-
vertentes ad te, non respuis sed exul-
tando & laudando suscipis, atque in
æterna beatitudine unâ cum Sanctis
& electis tuis æternaliter regnare cō-
cedis, quia est tibi cum æterno Patre
& Spiritu Sancto una Deitas, gloria,
virtus, imperium & potestas, in sa-
cula sæculorum. Amen.

Mo-

265 Manipulus piarū precū
Modus Sacra Communionis Eucharistie.
Ante Communionem tria sunt. que ani-
mam ad dignissimum hoc convivium
piè disponunt.

Primum; dolor de peccatis, sive conso-
lantio.

Secundum; desiderium, sive fames
spiritualis

Tertium; profunda reverentia, &
animi demissio

Oratio pia continens dolorem, desiderium
& animi demissionem.

AU mensam dulcissimi convivii tui,
pie Domine JESU Christe, ego
peccator de propriis meritis nihil pre-
sumēs, sed de tua confidens misericor-
dia & bonitate accedere vereor, &
contremisco. Nam cor & corpus ha-
beo multis criminibus maculatum;
mentem, & linguam non caute costo-
dit am. Ergo, ô pia Deitas, ô tremen-
da Majest. s, ego miser inter angustias
deprehensus, ad te fontem misericor-
diae

dix recurro; ad te festino sanandus;
sub tuam protectionem fugio; & quem
Judicem sustinere nequeo, Salvatorem
habere suspiro. Tibi, Domine, pla-
gas meas ostendo: Tibi verecundiam
meam d'ego. Scio peccata mea mul-
ta & magna, pro quibus damnari ti-
meo. Considero misericordiis & mis-
erationibus tuis, quarum non est nu-
meros. Respice ergo in me oculis
misericordiarum tuarum, pie Domine JESU
Christe, Rex aeternae, DEUS & homo,
crucifixe propter hominem. Exaudi
me sperantem in te: miserere mei,
pleni miseriis & peccatis, tu qui fons
miserationis nunquam manare cessas.
Salve salutaris victima, pro me &
omni humano genere in patibulo Cru-
cis oblata. Salve nobilis & pretiosa
Sanguis de vulneribus crucifixi Do-
mini mei JESU Christi prefluens, &
peccata totius mundi abluiens. Re-
cordare, Domine, Creaturæ tuarum
quam

quam tuo sanguine redemisti. **P**onit
me peccasse: cupio emendare,
quod feci. Aufer ergo à me, clem-
entissime Pater, omnes inquitates
& peccata; ut purificatus men-
te & corpore, dignè degustaré merear
Sancta Sanctorum. Et concede, ut
Sancta prælibatio Corporis & San-
guinis tui, quam ego indignus sume-
re intendo, sit peccatorum meorum
remissio; sit delictorum perfecta pur-
gatio, sit turpium cogitationum effu-
gatio, ac bonorum sensuum regene-
ratio operumque tibi placentium
salubris efficacia; animæ quoque &
corporis contra inimicorum meorum
insidias firmissima tuitio. Amen.

Eja ergo, laudo te DEUS meus, &
exalto te in æternum: despicio me &
subjicio tibi in profundum vilitatis
meæ: ecce tu Sanctus Sanctorum, ego
sordes peccatorum: ecce tu inclinas
te ad me, qui non sum dignus vel te

respicere; & tamen tu venis ad me,
tu vis esse mecum, tu me invitas ad
convivium tuum.

Sub ipsa Communione primò pia & mo-
desta corporis compositio adhibenda est; ac-
cedendo ad altare junctis ante pectus ma-
nibus, oculis demissis, flectendo genua, ca-
pite decenter erecto, corpore quieto, sine le-
ctione vel labiorum motu, oreque honestè a-
pertò, cum sacra hostia porrigitur, ita ut
lingua extremum labium attingat; nec sit
ultrà exerta.

Secundo excitanda spes & amor in Chri-
stum, non orando voce, sed meditando se-
quentia.

ORATIO MENTALIS.

Sub ipsa communione.

O Dulcissime JESU, in te est totum
quod desiderare possum & de beo,
tu salus mea, redemptio mea, spes &
fortitudo; decus & gloria amem te ex
corde meo, ô suavissime JESU: regna

H

in

*Manipulus piarū precū
in voluntate mea in aternum, ut nī-
hil amem præter Te, & nihil mihi pla-
ceat nisi propter te, sed semper idem
velim, quod tu vis, idem faciā, quod
placet Sanctissimæ voluntati tuæ.*

*O Virgo Beatissima MARIA, Patroni
mei & Sancti DEI omnes adjuvate ve-
stris precibus, ut præstem constanter,
quod firmiter propono ad gloriam
dulcissimi mei Salvatoris.*

*Post Sacram Communionem tria
præstanda.*

1. *Agenda DEO gratia.*
2. *Offerendum cor, & quidquid sua-
det affectus ac pietas.*
3. *Petendum à Christo, quod nostra
necessitas requirit.*

Actio gratiarum & oblatio.

AMabilissime JE U, DEUS cordis
mei, unde mihi indignissimo pec-
catori tanta dignatio, tanta dilectio
tantæ majestatis, ut me oculis miseri,
cordis

cordiæ tuæ tam benignè, tam amanter visitare, tam misericorditer iuficere, tam paternè fovere, tam s' aviter, efficaciter & mirabiliter ad gloriam mihi, ut spero, prædestinatam, deducere hucusque digneris? Benedicta sit in æternum infinita bonitas, charitas, & misericordia tua, quâ me ingratum toties cum Patre & Spiritu Sancto ab æterno sic dilexisti, ut decerneres me cum electis omnibus creare, salvare, dotare, vocare ad tuam gratiam, & conservare ad gloriâ: sed quanta benignitas & misericordia tua, quod me in tempore crearis, conservaveris, dotaveris, redemeris pretio Sanguinis tui pretiosissimi, & hodie animam meam corpore & sanguine tuo reteceris, mihi què pignus amoris tui & futuræ glorie te ipsum in acutissimo convivio tuo dederis. Agnosco, ô benignissime JESU, charitatem tuâ erga me, & omnium creaturatum af-

171 Manipulus pia^{rum} precū.

fectu, præsertim voce omnium San-
ctorum & Spirituum cælestiū, te Do-
minum meum adoro, laudo & glori-
fico: me infra omnes creaturas in
centrum nihili mei demitto, & supre-
mæ tuæ Majestati inclino; nam tua
sola gratiâ sum id, quod sum. Credo
in te, ô ineffabilis veritas: in te spero,
ô fidelissima mea felicitas: te amo &
semper amabo super omnia, ô sum-
ma bonitas! Gaudeo etiam de omni-
tua perfectione, beatitudine, gloria &
benepacito tuo, meque tibi usque ad
mortem & mei annihilationem resi-
gno: totus tuus esse & in æternū per-
manere desidero, sicut tu totus in hac
suavissima communione & in vita ac
morte tua meus esse voluisti. Omnē
vitam meā tuō offero obsequio: offe-
ro tibi intellectum meū, ut te cognos-
cat, cogitet, & meditetur: offero me-
moriā, ut tui recordetur: offero vo-
luntatem, ut te diligat: offero omnia
pia

pia desideria, quæ unquā habui, aut
habiturus sum: offero sensus meos &
affctus, ne unquam à te declinent:
offero quidquid sū. quidquid habeo,
aut habiturus sum, ut totus tibi ex
omnibus viribus & ex tota mente ser-
viam in æternum. Amen.

Anima Christi sanctifi a me.

Corpus Christi salva me.

Sanguis Christi inebria me.

Aqua lateris Christi lava me.

Passio Christi conforta me.

O bone JESU exaudi me.

Intra vulnera tua absconde me.

Ne permittas me separari à te.

Ab hoste maligno defende me.

In hora mortis meæ voca me.

Et jube me venire ad te.

Ut cum Sanctis tuis laudem te.

In sæcula sæculorum. Amen.

Subjiciat s. Orationes Dominicas, &
totidem salutationes Angelicas, ad honore

173 Manipulus piarum precū,

5. vulnerum Christi, e que commendet;

1 In Sacrum vulnus dexteræ; Ecclesiæ
Catholicam, summum Pontificem, omnes-
que Ecclesiæ Prælatos.

Pater noster. Ave Maria.

2 In vulnus manūs sinistre; magistra-
tus, præsertim supremos, statūs sacerdotalis,
& Superiores suos.

Pater noster. Ave Maria

3. In vulnus Pedis dextri; omnes obdu-
ratos & in peccato mortali existentes.

Pater noster. Ave Maria.

4. In vulnus pedis sinistri; animas fi-
delium defunctorum.

Pater noster. Ave Maria.

5. In vulnus lateris commendet, se-
suos Parentes, nutritios, amicos, & inimicos.

Pater noster. Ave Maria.

Memor sit diem, quō Sacram Commu-
nionem suscepit, peculiari modestiā ac pie-
tate trāsigere, & frequenter diebus insequen-
tibus inestimabilis illius beneficij recorda-
tione se ad evitanda peccata & sectandas
virtutes incitare.

Mo-

Modus audiendi devote Sacrum.

Facto signo S. Crucis, Domino DEO,
cuius presentiam recognoscant, instantem
suam orationem offerant, & gratiam bene
precandi petant sequenti collectâ, quam aliis
quoque prolix oribus orationibus, ac univer-
sim quibus cùque negotiis præmitti convenit.

Actiones nostras, quæsumus Domine,
aspirando præveni & adjuvan-
do prosequere ut cuncta nostra ora-
tio & operatio à te semper incipiat;
& per te cæpta finiatur. Per Christum
Dominum nostrum. Amen.

Facta hac oblatione, & benedictionis di-
vinæ invocatione, qui in classibus superiori-
bus sunt, usque ad elevationem quatuor mi-
nores Horas, id est, Primam, Tertiam, Sex-
tam & Nonam ex Officio parvo B. MA-
RIÆ Virginis, pro incremento gratia in-
vocatione sua Clericali recitent. Adolescētes
vero inferiorū classiū dicant pro conservan-
da castitate Officiū Immaculatae Conceptionis
B. M. Virginis, & Hymnū S. CASIMIRI.

175 Manipulus piarum precum

(+) 25

OFFICIUM PARVUM
Immaculatæ Conceptionis
BEATISSIMÆ
VIRGINIS MARIAE.

AD MATUTINUM.

- v. Eia mea labia nunc annun-
ciate
v. Laudes & præconia Virginis Im-
maculatae.
v. Domina in adjutorium meum in-
tende.
v. Me de manu hostium potenter
defende.
v. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

S Alve mundi Dominæ,
Cœlorum Regina,
Salve Virgo Virginum.
Stella matutina,

Sal-

Salve plena gratia,
Clara lux Divina,
Mundi in auxilium
Domina festina.

Ab æterno Dominus
Te præordinavit
Matrem Unigeniti
Verbi, quō creavit
Terram, Pontum, æthera;
Te pulchram ornavit
Sibi Sponsam, quæ in
Adam non peccavit.
¶. Elegit eam Deus, & præelegit eam.
¶. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Ad PRIMAM
Hymnus.

SAlve Virgo Sapiens,
Domus DEO dicata,
Columna septemplicis
Mensaque exornata,
Ab omni contagio
Mundi præservata,

177 Manipulus piarū precū

Ante Sancta in utero

Parentis, quam nata.

Tu Mater viventium,

Et porta es Sanctorum;

Nova Stella ex Jacob,

Domina Angelorum.

Zabulo terribilis

Aries castrorum,

Portus & refugium

Sis Christianorum.

¶. Ipse creavit illam in Spiritu Sancto.

¶. Et exaltavit illā inter omnia opera sua.

AD TERTIAM.

Hymnus.

S Alve Arca fæderis;
Thronus Salomonis,

Arcus pulcher ætheris,

Rubus visionis,

Virga frondens germinis,

Vellus Gedeonis;

Porta clausa Numinis;

Favusque Samsonis.

De-

Decebat tam nobilem
 Natum precavere
 Te ab originali
 Labe Matris Evx,
 Almam, quam elegerat
 Genitricem verè,
 Nulli proisus sinens
 Culpx subjacere.

v. Ego in altissimis habito;
 y. Et Thronus meus in columna nubis.

AD SEXTAM.

Hymnus.

S Alve Virgo puerpera,
 Templum Trinitatis,
 Angelorum gaudium,
 Cella puritatis.

Solamen mærentium,
 Hortus voluptatis,
 Palma patientiæ,
 Cedrus Castitatis.

Terra es benedicta,
 Et Sacerdotalis,
 Sancta, & immunis
 Culpx originalis.

Ci-

579 Manipulus piarum precum,
Civitas Altissimi,
Porta orientalis,
In te est omnis gratia;
Virgo singularis.

v. Sicut lily inter spinas,
¶. Sic amica mea inter filias Adæ.

A D N O N A M,

Hymnus.

S Alve Urbs refugii,
Turrisque munita
David, propugnaculis
Armisque insignita.

In Conceptione
Charitate ignita,
Draconis potestas
Est à te contrita.

O mulier fortis,
Et invicta Judith!
Pulchra Abisag Virgo,
Verum fovens David:

Rachel Curatorem
Ægypti gestavt:
Salvatorem mundi
MARIA portavit.

v. 10.

v. Tota pulchra es amica mea.

¶. Et macula originalis nunquā fuit in te.

AD VESPERAS

Hymnus.

SAlve horologium,
Quo retrò gradiatur
Sol in decem lineis,
Verbum incarnatur;
Homo ut ab inferis
Ad summa attollatur,
Immensus ab Angelis
Paulò minoratur.

Solis hujus radiis
MARIA coruscat,
Consurgens aurora
In conceptu micat.

Lilium inter spinas,
Quæ serpentis conterat
Caput, pulchra ut Luna
Errantes collustrat.

v. Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen
indeficiens.

¶. Et quasi nebula texi omnem terram.

AD

A D C O M P L E T O R I U M .*Hymnus.*

SAlve Virgo florens,
Mater illibata,
Regina clementiæ,
Stellis coronata.

Supra omnes Angelos
Pura, Immaculata,
Atque ad Regis dexteram
Stans veste deaurata.

Per te Mater gratiæ;
Dulcis spes reorum.
Fulgens Stella maris,
Portus naufragorum,
Patens Cæli janua,
Salus infirmorum;
Videamus Regem
In aula Sanctorum.

- ¶. Oleum effusum MARIA Nomen tuum.
- ¶. Servi tui dilexerunt te nimis.
- ¶. Domina prote ge orationem meam.
- ¶. Et clamor mens ad te veniat.

Ore-

Oremus.

SANTA MARIA Regina cælorum,
Mater Domini nostri JESU Christi,
& mundi Domina, quæ nullū de-
relinquis, & nullum despicias: respice
nos Domina clementer oculo tuæ pie-
tatis, & impetra nobis apud tuum di-
lectum Filium cunctorum veniā pec-
catorum; ut qui nunc tuam Sanctam,
& Immaculatam Conceptionem de-
voto affectu recolimus, æternæ in fu-
turum beatitudinis bravium capia-
mus, ipso, quem Virgo peperisti, do-
nante Domino nostro JESU Christo,
qui cum Patre, Spiritu Sancto vivit,
& regnat in Trinitate Perfecta Deus,
in sæcula sæculorum, Amen.

COMMENDATIO.

Supplices offerimus
Tibi Virgo pia,
Hæc laudum præconia:
Fac nos, ut in via

Du-

183 *Manipulus piarum precum
Ducas cursu prospero,*

Et in agonia

Tu nobis assiste,

O dulcis MARIA, Amen.

*Antiph: Hæc est Virga, in qua nec
nodus originalis, nec cortex actualis
culpæ fuit.*

*¶ In Conceptione tua, Virgo Immacu-
lata fuisti.*

*¶. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium
peperisti.*

Oremus.

Deus, qui per Immaculatam Vir-
ginis Conceptionem dignum
Filio tuo habitaculum præparasti: quæ-
sumus, ut sicut ex morte ejusdē Filii
tui prævisa, eam ab omni labore piæser-
vasti, ita nos quoque mundos ejus
intercessione ad te pervenire conce-
das. Per Dominum nostrum JESUM
Christum Filium tuum, qui tecum vi-
vit, & regnat in unitate Spiritus
Sancti DEUS, per omnia sæcula sæ-
culorum, Amen.

¶. Imma-

V. Immaculata B M V. Conceptio.

B. Sit nobis praesidium & protectio.

HYMNUS S. CASIMIRI

Ad Beatissimam Virginem.

O Mni die dic M A R I A E
Mea, laudes, anima.
Ejus festa, ejus gesta
Cole devotissima.
Contemplare & mirare
Ejus celsitudinem.
Dic felicem Genitricem;
Dic Beatam Virginem.
Ipsam cole, ut de mole
Criminum te liberet.
Hanc appella, ne procella
Vitiorum superet.
Hæc persona nobis dona
Contulit cœlestia:
Hæc Regina nos divina
Illustravit gratiam.

LIN:

185 Manipulus piarum precum
Lingua mea dic trophæa
 Virginis puerperæ,
Quæ inflictum maledictum
 Miro transfert germine.
Sine fine dic Reginæ
 Mundi, laudum canticas:
Ejus bona semper sona,
 Semper illa prædica.
Omnes mei sensus ei
 Personate gloriam.
Frequentate tam Beatæ
 Virginis memoriam.
Nullus certè tam disertæ
 Extat eloquentiæ.
Qui condignos promat hymnos
 Ejus excellentiæ,
Omnes laudent, unde gaudent,
 Matrem DEI Virginem.
Nullus singat, quod attingat
 Ejus celsitudinem;
Sed necesse, quod prodesse
 Piis constat mentibus,
Ut intendam, quòd impendam
 Me ipsius laudibus. Quam-

Quamvis sciām, q̄bōd MARIAM
Nemo dignē prædicet,
Tamen vanus & insanus
Est, qui illam reticet.
Codus vita eruditæ
Disciplinâ cælicâ,
Argumenta & figmenta
Destruxit hæretica
Huius mores, tanquam flores,
Exornant Ecclesiam:
Actiones, & sermones
Miram præstant gratiam.
Evæ crimen nobis limen
Paradisi clauerat;
Hæc dum credit, & obedit;
Cœli claustra referat.
Propter Evam homo sœvam
Accepit sententiam:
Per MARIAM habet viam,
Quæ dicit ad Patriam.
Hæc amanda, & laudanda
Cunctis specialiter:
Venerari, & precari
Eam decet jugiter.

Ipsa

187 *Manipulus piarū precū*
Ipsa donet, ut, quod monet
Natus ejus, faciam :
Ut finitā carnis vitā.
Lxiūs hunc aspiciam.

S E C U N D A P A R S.

O Cunctarum fæminarum
Decus atque gloria !
Quam electam & exectam.
Scimus super omnia.
Clemens audi, tuæ laudi
Quos instantes, conspicis.
Munda reos, & fac eos
Donis dignos cœlicis.
Virga Jesse, spes oppressæ
Mentis & refugium,
Decus mundi, lux profundi,
Domini sacrarium.
Vitæ forma, morum norma,
Plenitudo gratiæ :
DEI templum, & exemplum
Totius Justitiæ.
Virgo salve, per quam valvæ
Cœli patent miseris,

Quam

Quam non flexit, nec allexit

Fraus serpentis veteris.

Generosa & formosa

D vid Regis filia,

Quam elegit Rex, qui regit,
Et creavit omnia.

Gemma decens, rosa recens;

Castitatis lilyum,

Castum chorum ad polorum
Quæ perducis gaudium.

Actionis & sermonis

Facultatem tribue,

Ut tuorum meritorum

Laudes promam strenue.

Opto nimis, ut imprimis
Des mihi memoriam,

Quâ decenter & frequenter

Tuam cantem gloriam.

Quamvis muta, & polluta

Mea sciam labia;

Præsumendum, nec silendum

Est de tua gloria.

Virgo gaude, omni laude

Digna, & præconiô,

Quæ

189 *Manipulus piarum precum*
Quæ damnatis libertatis
Facta es occasio.
Semper munda & fæcunda
Virgo tu puerpera,
Mater alma, velut palma
Florens & fructifera.
Ejus flore, & odore
Recreari cupimus;
Cujus fructu nos à luctu
Liberari credimus.
Pulchra tota sine nota
Cujuscunque macula,
Fac nos mundos & jucundos
Te laudare sedulè.
O Beata! per quam data
Nova mundo gaudia,
Et aperta fide certâ
Regna sunt cælestia.
Per te mundus lætabundus
Novo fulget lumine.
Antiquarum tenebrarum
Exutus caligine.
Nunc potentes sunt egentes,
Sicut olim dixeras: Et

Et egeni fiunt pleni,
Ut tu prophetaveras.
Per te morum nunc pravorum
Relinquuntur devia.
Doctrinarum perversarum
Pulsa sunt præstigia.
Mundi luxus, atque fluxus
Docuisti spernere:
DEUM quæri, carnem teri,
Vitiis resistere;
Mentis cursum tendi sursum
Pietatis studio;
Corpus angi, motus frangi
Pro cœlesti præmio.
Tu portasti inter casti
Ventris claustra Dominum
Redemptorem, ad honorem
Nos reformans pristinum.
Mater facta sed intacta
Genuisti filium,
Regem Regum, atque rerum
Creatorem omnium.
Benedicta, per quam victa
Hottis est verutia,

De

191 Manipulus piarum precum
Destitutus ipe salutis
Datur Indulgentia.
Benedictus Rex invictus;
Cujus Mater crederis,
Increatus ex te natus,
Nostrī salus generis.

TERTIA PAR.

R Eparatrix, Consortrix
Desperantis anima,
A pressura, quæ ventura
Malis est, nos redime.
Pro me pere, ut quiete
Sempiternā perfueras,
Ne tormentis comburentis
Stagni miser obruas
Quod requiro, quod suspiro;
Mea sana vulnera;
Et da menti te poscenti
Gratiarum munera;
Ut sim castus & modestus,
Dulcis, blandus, sobrius,
Pius, rectus, circumspectus,
Simultatis nescius,
Eruditus & munitus Divi-

Divinis eloquiis,
Timoratus, & ornatus
Sacris exercitiis,
Constans, gravis, & suavis,
Benignus, amabilis,
Simplex, purus, & maturus,
Patiens & humilis:
Corde prudens, ore studens
Veritatem dicere,
Malum nolens, DEUM colens
Pio semper opere;
Esto tutrix & adjutrix
Christiani populi:
Pacem praesta, ne molesta
Nos perturbent saeculi;
Salutaris stella maris,
Summis digna laudibus,
Quæ præcellis cunctis stellis
Atque luminaribus;
Tuâ dulci prece fulci
Supplices & refove.
Quidquid gravat, vel depravat
Mentes nostras, remove.

193 *Manipulus piarū precum*
Virgo gaude, quod de fraude
Dæmonis nos liberas,
Dum in vera & sincera
Carne DEUM generas.
Jllibata & ditata
Cœlesti progenie,
Gravidata nec fraudata
Flore pudicitiæ:
Nam quod eras, perseveras,
Dum intacta generas.
Jllum tractans atque lactans,
Per quem facta fueras.
Commendare me dignare
Christo tuo Filio,
Ut non cadam, sed evadam
De mundi naufragio:
Fac me mitem, pelle litem.
Compelce lasciviam,
Contra crimen da munimen.
Et mentis constantiam:
Non me liget, nec fatiget
Sæculi cupiditas,
Quæ indurat & obscurat
Mentes sibi subditas: Nun-

Nunquam ira, nunquam dira
 Me vincat elatio,
 Quæ multorum fit malorum
 Frequenter occasio;
 Ora DEUM, ut cor meum
 Suâ servet gratiâ,
 Ne antiquus inimicus
 Seminet zizania:
 Da levamen & juvamen
 Tuum illis jugiter,
 Tua festa, sive gesta
 Qui colunt alacriter. Amen.

Ad consecrationem & elevationem hostie
 usque ad orationem Dominicam, di-
 cantur tardè & penitulatè se-
 quentes orationes.

AVE verum corpus natum de
 MARIA Virgine: verè passū im-
 molatum in cruce pro homine: cu-
 jus latus perforatum uncā fluxit san-
 guine; Esto nobis prægustatum in

195

Manipulus piarū precū.
mortis examine. O dulcis, ô pie, ô
JESU Fili MARIÆ Miserere mei.
Amen.

O JESU Fili DEI & MARIÆ Vir-
ginis, Dominus meus, & DEUS meus.
qui pro me in Cruce mori dignatus
es, adoro, amo, & glorifico te super
omnia: credo in te: spero in te: doleo
pure propter te, quod unquam offend-
erim te. Ex hoc momento paratum
cor meum ad omnem nutum tuum.
Tuus sum ego, eroque in æternum:
posside me, & tuæ voluntati penitus
me conforma. Pater misericordiarū
respice in faciem dilectissimi Filii tui,
quem in sacrificium laudis, gratiarum
actionis, & propitiationis tibi offero,
per illius lachrymas, sudorem & san-
guinem: per gemitus & suspiria, per
labores & obsequia; per dolores &
supplicia. per infinita ejus merita mi-
serere mei, & omnium, pro quibus
mortuus est, ut te semper perfecte a-
memus

memus, & tuam Sanctissimam voluntatem amplectamur & exequamur in tempore, & in æternitate.

Miserere etiam misericordissime Pater omnium fidelium defunctorū, eisque requiem æternam concede, ut te æternū laudent, benedicant & glorificant, cui debetur omnis laus, honor & gloria, Amen.

Respicie pie Pater piissimum Filiū tuum pro me crucem passum: intuerre sacratissima ejus vulnera; cerne manus innoxias premanantes cruce; & remitte placatus scelera, quæ patraverunt manus meæ. Considera inerme latus crudeli perfosum cuspidē, & renova me sacro fonte, quem inde fluxisse credo. Vide immaculata vestigia, quæ nō steterunt in via peccatorum, sed semper ambulārunt in in lege tua, diris confixa clavīs; & perficē gressus meos in semitis tuis, & fac me odio habere omnem viam iniquitatis.

*Manipulus piarū precū
Postmodum cum celebrante recitent orationem Dominicam, quæ sequitur.*

O R A T I O.

LIbera nos, quæsumus Domine ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris, & intercedente Beatâ & gloriosâ semper Virgine DEI Genitrice MARIA, cum Beatis Apostolis tuis Petro & Paulo atque Andrea, & omnibus Sanctis: da propitius pacem in diebus nostris: ut opere misericordiæ tuæ adjuti, & à peccato simus semper liberi & ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Agnus D E I, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Agnus D E I, qui tollis peccata mundi Miserere nobis:

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi
Dona nobis pacem. His

Hic spiritualem Communionem per rva-
rios fidei, spei, charitatis & aliarum vir-
tutum actus erga DEUM & Christum in
venerabili Sacramento realiter præsentem
instituant ad hunc modum:

Adoro te Domine JESU vivâ, &
verâ fide, in hoc Sacramento Cor-
pore & animâ, carne & sanguine, vi-
mirabilis potentiæ & bonitatis verâ
præsentem; & spero in te, ô fons o-
mnis bonitatis & misericordiæ; non
enim sum dignus ut intres sub te&tū
meum, sed tantum dic verbō, tu qui
solo nutu potes omnia, & sanabitur
misera & languens anima mea. Amo
te Domine tam Amantem mei ex to-
to corde meo, super me & omnia: &
ideo cupio te lumere modo saltem
spiritualiter per gratiam tuam, quæ
cor meum à tot peccatis & imperfe-
ctionibus purificet, meritis & virtuti-
bus exornet, Sanctis cogitationibüs
& illustrationibüs, velut divinæ fa-

199 Manipulus piarum precum,
pientiae tuæ radiis, illuminet, accen-
dat in charitate, confortet in tentati-
onibus, ne unquam separer à te, cō-
foletur in tribulationibus, ut amore
tui & propter te feram eas patienter,
libenter & gaudenter; in sancta vo-
catione mea ad tuam gloriam, & ani-
matum salutem corroboret, atque
sic ad finem usque perseverantem, ad
vitam æternâ securè perducat. Amé.

Anima Christi sanctifica me, ut su-
prà fot: 172.

Tum pro gratiarum actione ob maxi-
mum beneficium, quod in Sacramento Eu-
charistia, & Sacrificio Missæ Christus no-
bis exhibuit, se ipsum communicando, &
DEO Patri pro nobis offerendo, uti & pro ipsa
Sacratissima passione, quam hoc Sacrificium
repræsentat, dicatur, Antiphona.

O Sacrum Convivium, in quo
Christus sumitur, recolitur memo-
ria passionis ejus: mens impletur
gratiâ; & futuræ gloriæ nobis pignus
datur,

V. Pa-

- v.** Panem de calo præstitisti eis Domine.
v. Omne delectamentum in se habentē.

Oremus.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriā reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui Sacra Mysteria venerari; ut Redemptionis tuæ fructum in nobis jungiter sentiamus, qui vivis & regnas cum DEO Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sequitur Oratio S. Francisci Xaverii, quā ipse sub sacro pro conversione paganorum dicere solebat, ad hæreticorum, & omnium gravium peccatorum emendationem à DEO exorandam directa.

AE Terne rerum omnium effector DEUS, memento abs te animas infidelium, hæreticorum & peccatorū procreatās, easque ad imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce

Is

Do-

201 *Manipulus piarū precū*

Domine in opprobrium tuū his ipfis
infernus impletur! memento JESUM
dilectum Filium tuum pro illarū sa-
lute atrocissimam subiisse necem: no-
li, qux so Domine, ultrā permittere,
ut Filius tuus ab infidelibus, hæreti-
cis, ac peccatoribus contemnatur;
sed precibus Sanctorum virorum, &
Ecclesiæ Sanctissimæ Filii tui sponsæ
placatus recordare misericordiæ tuæ,
& oblitus idolatriæ, infidelitatis,
contumaciæ & malitiæ eorum, effice,
ut ipsi quoque agnoscant, timeant
ac diligent aliquando, quem misisti,
Dominum nostrum JESUM Christū,
qui est salus & vita, & resurrectio no-
stra, per quem salvati & liberati su-
mus, cui sit gloria per infinita sæcu-
la sæculorum. Amen.

Denique ad finem Missæ ex Officio parvo
B. MARIÆ Virginis recitent hymnum &
collectam ejus dicti, cum versiculo & respon-
sorio, ac cum celebrante percurrent se-
quens Evangelium. *In i-*

Initium Evangelii S. Ioannis.

JN principio erat Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud DEUM Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat Lux hominum: & Lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendenderunt. Fuit Homo missus a DEO, cui nomen erat Joannes. Hic venit in Testimonium, ut Testimonium perhiberet de Lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille Lux, sed ut Testimonium perhiberet de Lumine. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt: Quotquot autem receperunt eum, dedit

*Manipulus piarum precū
dedit eis potestatem filios DEI fieri,
his, qui credunt in nomine ejus: Qui
non ex sanguinibus, neque ex volun-
tate carnis, neque ex voluntate viri,
sed ex DEO nati sunt. Et Verbum
caro factum est, & habitavit in nobis:
Et vidimus gloriam ejus, gloriā quasi
Unigeniti à Patre, plenum gratiæ &
veritatis. DEO gratias.*

Oratio ante quodvis opus.

Actiones nostras, quæsum⁹ Domi-
ne, aspirādo præveni, & adjuvā-
do prosequere, ut cuncta nostra oratio
& operatio semper à te incipiat, & per
te cæpta finiatur. Per Christum. &c.

Alia.

O Christe JESU, in unione chari-
tatis illius, qua opus nostræ redem-
ptionis operatus es in medio terræ,
offerō tibi h̄c opus. N. & omnes
actiones meas ad majorem Nominis
tui gloriam, meam & proximorum
salutem.

Ora..

Oratio post quodlibet opus.

Benedictus es Domine Deus meus,
qui exordium, progresum, & exitum
huic operi tribuisti, tuum est, si quid
in eo bonum est, propter quod te lau-
do: meū, si quid in eo peccatum, de quo
doleo. Dignare ô piissime Domine, su-
scipere, & meritis Unigeniti Filii tui
supplere imperfectum meum, & da, ut
quod à me neglectum, alias juxta bene-
placitum tuum corrigatur & perficiatur.

Ante scholam & studia recitetur.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum
corda fidelium, & tui amoris in eis igne
accende: Qui per diversitatē lingua-
rum cunctarum gentes in unitate fidei
congregasti.

¶. Emitte spiritum tuum & creabuntur.

¶. Et renovabis faciem terre.

Oremus.

DEUS, qui corda fideliū Sancti
spiritus illustratione docuisti da
nobis in eodem spiritu recta sapere,
&

205 *Manipulus piarū precū*
 & de ejus semper consolatione gau-
re. Per Dominum nostrum JESUM
Christum Filium tuum, qui tecū vi-
vit & regnat in unitate ejusdē Spir-
tūs Sancti DEUS, per omnia sæcula
sæculorum. Amen.

Oratio ante studia.

Verbum Patris æternum, & omnis
sapientiæ fons, Domine JESU Chri-
ste, docilitatem mentibus nostris, &
intelligentiæ lumen intunde, ut feli-
citer nobis cedant hæc lirerarum stu-
dia, quibus adjuti ad clariorem tui a-
gnitionem, & perfectum amorem bo-
nitatis tuæ pervenire possimus. Qui
vivis & regnas DEUS in sæcula sæ-
culorum. Amen.

Atia Oratio ante studia S. Thomæ Aquinatis.

Creator ineffabilis, qui de th̄ sauro
sapientiæ tuæ, tres Angelorum Hierar-
chias annotâsti, & eas super cælū Em-
pyreum miro ordine collocâsti, atque
elegantissime partes Universi distribu-
isti

isti. Tu, inquam, qui verus fons lumi-
nis & sapientiae diceris, atque super-
eminens principium, infundere digne-
ris super intellectus mei tenebras tuæ
radium claritatis, duplices, in quas
natus sum, à me removens tenebras,
peccatum scilicet. & ignorantiam. Qui
linguas infantium facis esse disertas,
linguam meam erudias, atque labiis
meis gratiā tuæ Benedictionis infun-
das. Da mihi intelligendi acumen, re-
tinendi capacitem, interpretandi
subtilitatem, addiscendi facilitatem,
loquendi gratiam copiosam: ingressū
instruas, progressum dirigas, egressū
complexas. Per Christum Dominum
nostrum. Amen.

Oratio post studia.

Gratias ago tibi aeterna Sapientia
JESU Christe, cui haec, quæ modo di-
dici, me docere placuit. Da Domine
labori meo incrementum, quo profi-
ciat ad tuâ gloriam, & meâ ac proximo-
rum

207 Manipulus piarum precū,
rum meorum æternam salutē. Amen.

Quoties auditur signum horæ, recitetur
unum Ave Maria cum versiculis:
MARIA Mater gratiæ,
Dulcis Patens clementiæ,
Tu nos ab hoste protege
Et mortis horâ suscipe.

Ad signum Angelicæ salutationis.

1. Angelus Domini nunciatuit MARIÆ,
& concepit de Spiritu Sancto.

Ave MARIA. &c.

2. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Ave MARIA. &c.

3. Et VERBUM CARO FACTUM EST,
& habitavit in nobis.

Ave MARIA. &c.

Oremus.

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde,
ut qui Angelo nunciante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus,
per

per Passionem ejus & crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur.
Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Die Iovis ad Christi agoniam pro opportunitate dicentur septem Pater noster.

¶. Proprio Filio suo non pepercit DEUS.

¶. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Oremus.

D Omine JESU Christe, qui miserias & angustias, opprobria accovitiae, calumnias & injurias, pœnas & afflictiones, passionem & mortem patienter pro nobis miseris peccatoribus redimendis ferre voluisti: te supplices exoramus, ut omnes cruciatus, vitam, & mortem tuam, inter judicium tuum, & animas nostras, nunc & in hora mortis nostræ ponere, & largiri digneris vivis misericordiam & gratiam, defunctis requiem & veniam, Ecclesiae tux pacem & concordiam, patris nostræ tranquillitatem & nobis

209 *Manipulus piarū precū,
bis peccatoribus vitam & lātitiam
sempiternam. Amen.*

*Cum pulsatur die Veneris ad obitum
Christi, presentur omnes:*

Christus factus est pro nobis obe-
diens usque ad mortem, mortem au-
tē Crucis; propter quod DEUS exal-
tavit illum, & dedit illi nomen, quod
est super omne nomen.

*V. Adoramus tē Christe & benedicimur
tibi.*

*R. Quia per Sanctam Crucem tuam
redemisti mundum.*

Oremus.

R Espice, quæsumus Domine, su-
per hanc familiam tuā, pro qua
Dominus noster JESUS christus non
dubitavit manibus tradi nocentium,
& Crucis subire tormentum, qui te-
cum vivit & regnat in sacula sæculo-
sum. Amen.

B E.

BENEDICTIO MENSÆ

Ante prandium.

¶. Benedicite.

¶. Benedicite.

¶. Oculi omnium in te sperant
Domine, & tu das escam illorum
in tempore opportuno.

¶. Aperis tu manum tuam, & im-
plies omne animal benedictione

¶. Gloria Patri & Filio, & Spiritui
Santo.

¶. Sicut erat in principio, & nunc, &
semper, & in secula seculorum. Amē.

Kyrie eleison, Chryste eleison. Ky-
rie eleison. Pater noster.

¶. Et ne nos inducas intentionem.

¶. Sed libera nos à malo. Amen.

Oremus.

Benedic Domine nos, & hæc tua
dona, quæ de tua largitate sumus
sumpturi. Per Christum Dominum
nostrum, ¶. Amen.

¶. Jube Domne benedicere.

¶. Men-

211 *Manipulus piarum precū*

¶. Mensæ cœlestis participes faciat
nos Rex æternæ gloriæ. ¶. Amen.

Post prandium.

¶. Tu autem Domine miserere nobis

¶. D E O gratias.

¶. Confiteantur tibi Domine omnia
opera tua.

¶. Et Sancti tui benedicant tibi.

¶. Gloria Patri & Filio & Spiritui
Sancto.

¶. Sicut erat in principio, & nunc, &
seper, & in sœcula sœculorū Amē.

Agimus tibi gratias omnipotens
Deus pro universis beneficiis tuis;
Qui vivis & regnas in sœcula sœculo-
rum. ¶. Amen.

Laudate Dominū omnes gentes,
laudate eum omnes populi:

Quoniam confirmata est super nos
misericordia ejus, & veritas Domini
manet in æternum.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui
Sancto.

Sicut

Sicut erat in principio, & nunc, &
semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Kyrie eleison. Chryste eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas intentationem.
R. Sed libera nos a malo.

V. Dispersit, dedit pauperibus.
R. Justitia ejus manet in saeculū saeculi
V. Benedicam Dñum in omni tempore
R. Semper laus ejus in ore meo.
V. In Dño laudabitur anima mea.
R. Audiant mansueti, & latentur.
V. Magnificate Dominum tecum.
R. Et exalte nomē ejus in idipsum.
V. Sit nomen Domini Benedictum.
R. Ex hoc nunc & usque in saeculū.

Retribuere dignare Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen;

V. Benedicamus Domino.
R. DEO gratias.
V. Fidelium animæ per misericordiam
DEI requiescat in pace. R. Amen.

Pa-

*Manipulus piarū precū
Pater noster: secretō.
DEUS det nobis suam pacē. ¶ Amen.
Ante cœnam.*

V. Benedicite.

R. Benedicite.

Edent pauperes & saturabuntur, &
laudabunt Dominum, qui requirunt
eum: vivent corda eorum in sacer-
lum saceruli.

V. Gloria Patri & Filio, & Spiritui S.

R. Sicut erat in principio, & nunc, &
semper, & in sacula sacerlorū. Amen.

Kyrie eleison: Christe eleison. **Ky-**
rie eleison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

Oremus.

Benedic Domine nos, & hæc tua
dona, quæ de tua largitate sumus
sumpturi. Per Christum Dominum
noscum. **R.** Amen.

Jube Domne benedicere.

Ad cœnam vitæ æternæ perducat
nos Rex æternæ gloriae. **R.** Post

Post cenam.

- ¶. Memoriam fecit mirabiliū suorū misericors & miserator Dominus.
- ¶. Escam dedit timentibus se.
- ¶. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:
- ¶. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorū. Amē.

Benedictus DEUS in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis; qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. ¶. Amen.

Laudate Dominum omnes gentes
& reliqua ut supra 211.

In Nativitate Domini usque ad cenam Vigiliae Epiphaniae exclusivè, dicitur.

¶. Verbum caro factū est, Alleluia.

¶. Et habitavit in nobis, Alleluia.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui S.

Sicut erat in principio, & nunc,
& semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

In fin.

215 Manipulus piarum precum.

In fine dicitur.

v. Notum tecit Dominus, Alleluia.

v. Salutare suum, Alleluia.

In Epiphania & per totam octavam.

v. Reges Tharsis & insulæ munera
offerent, Alleluia.

v. Reges Arabum & Saba dona ad-
ducent, Alleluia.

Gloria Patri &c, ut supra.

In fine dicitur.

v. Omnns de Saba venient, Alleluia.

v. Aurum & thus deferentes. Alleluia.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sæcto.

Sicut erat in principio, & nunc, &
semper, & in sæcula sæculorum. Amē.

In cena Domini dicitur absolute.

Christus factus est pro nobis obe-
diens usque ad mortem.

Deinde Pater noster totum secretò.

In fine iterum dicitur.

Christus factus est, ut supra, Postea
Psalmus 50. Miserere mei DEUS. quò si-
nitù sine. v. Gloria Patri. secretò dicitur.

Pan

Pater noster. Deinde absolute Oratio. Re-
spice, quæsumus Dñe, ut supra 209. sine
Qui tecū &c. In Parasceve Domini.

Eodem modo fit sicut in cœna Domini,
sed dicitur ad.

V. Christus factus est &c.

V. Mortem autem Crucis.

Sabbato Sancto.

V. Benedicite.

V. Benedicite.

V. Vespere autem Sabbati, quæ lu-
cescit in prima Sabbati, Alleluia.

V. Venit Maria Magdalene & altera
Maria videre sepulchrū, Alleluia.

Gloria Patri, & Filio, &c.

In fine repetitur V.

Vespere autem Sabbati, ut supra.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.

Sicut erat in principio, & nunc, &

séper, & in sæcula sæculorū. Amen.

Laudate Dominū omnes gentes, &c.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie

eleyson. & reliqua, ut supra. 211.

K

In

217 **M**anopulus piarum precum
In die Paschæ ad cœnam sequentis sabbati.
¶ Hæc dies, quam fecit Dñus, Allel.
¶ Exultemus & latemur in ea, Allel.
Gloria Patri, &c. **I**n fine iterū dicitur
¶ Hæc dies, ut suprà. cum reliquis
In Ascensione Domini usque ad Vigiliam
Pentecostes exclusivè
¶ Ascendit DEUS in jubilatione,
Alleluia.
¶ Et Dominus in voce tubæ, Allel:
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S.
Sicut erat in principio, & nunc, &
semper, & in sæcula sæculorū Amē.
In fine dicitur
¶ Ascendens Christus in altū, Allel.
¶ Captivā duxit captivitatē, Allel.
Gloria Patri, & Filio, &c
In Festo Pentecostes, à Vigilia ejusdē inclusi
vè usque ad cœnā sequētis Subbati exclusivè:
¶ Spiritus Domini replevit orbem
terrarum, Alleluia.
¶ Et hoc, quod continet omnia,
scientiam habet vocis, Alleluia.
Gloria Patri, & Filio, &c, **I**n

In fine dicitur.

¶ Repleti sūt omnes Spiritu S. Alleluia.
¶ Et cæperunt loqui, Alleluia.
Gloria P tri, & Filio, & Spiritui S.
Sicut erat in principio, & nunc, &
semper, & in sæcula sæculorū. Amē.

L I T A N I A E

De

Svavissimo Nominē

J E S U

Approbat à Sede Apostolica ad Instan-
tiam Ducis Bavarie.

KYrie eleysion. Christe eleysion;
Kyrie eleysion.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cœlis DEUS, Miserere.

Fili Redemptor mundi DEUS, Mise.

Spiritus Sancte DEUS, Miserere.

Sancta Trinitas unus DEUS. Misere.

JEU Fili DEI vivi, Miserere nobis.

Ke

JE-

219 *Manipulus piarum precum*

- JESU Potentissime.
JESU Fortissime.
JESU Perfectissime.
JESU Gloriosissime.
JESU Jucundissime.
JESU Carissime.
JESU Clarius Sole.
JESU Pulchrior Luna
JESU Splendidior Stellis.
JESU Admirabilis.
JESU Delectabilis.
JESU Honorabilis.
JESU Humillime.
JESU Pauperrime.
JESU Mitissime.
JESU Patientissime.
JESU Obedientissime.
JESU Castissime.
JESU Amator castitatis.
JESU Amator pacis.
JESU Amator noster.
JESU Speculum vita,

JESU ex-

- JESU exemplar virtutum,
JESU Decus morum;
JESU Zelator animarum,
JESU Refugium nostrum,
JESU Pater pauperum,
JESU Consolator afflictorum,
JESU Thesaurus fidelium,
JESU Gemma pretiosa,
JESU Armarium perfectionis.
JESU Bone pastor ovium
JESU Stella maris,
JESU Lux vera,
JESU Sapientia æterna,
JESU Bonitas infinita,
JESU Gaudium Angelorum,
JESU Rex Patriarcharum.
JESU Inspirator Prophetarum,
JESU Magister Apostolorum,
JESU Doctor Evangelistarum,
JESU Fortitudo Martyrum,
JESU Lumen Confessorum,
JESU Sponse Virginum,
JESU Corona Sanctorum omnium.

Miserere nobis.

221 *Manipulus piarū precū.*

Propitius esto, Parce nobis JESU,
Propitius esto, exaudi nos JESU.
Ab omni malo, Libera nos JESU.
A transgressione mandatorum tuorū,
Ab omni peccandi occasione.
Ab incursum omnium malorum,
A morte perpetua,
A pœnis inferni,
Per incarnationem tuam,
Per Nativitatem tuam,
Per Circūcisionē tuā, (sitionē)
Per Cœlestē Nominis JESU impo-
Per dolores tuos.
Per flagella tua,
Per mortem tuam,
Per Resurrectionem tuam,
Per Ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem Matrem
tuam, Libera nos JESU.
Per intercessionem omnium SS. tuo-
rum, Libera nos JESU.
Peccatores; Te rogamus audi nos.

Libera nos JESU.)

Ut dulcem melliflui nomis tui me-
moriā, in tabulis cordis nostri
dīgito virtutis tuæ inscribere di-
gnēris, Te rogamus audi nos.

Ut Nomen hoc Sanctissimum & vi-
vēntes in opere, & morientes
in ore habere mereamur, Te
rogamus audi nos.

Ut benignissime JESU, nobis sis JE-
SUS, Te rogamus audi nos.

Agnus D E I, qui tollis peccata
mundi, Parce nobis JESU.

Agnus D E I, qui tollis peccata
mundi. Exaudi nos JESU.

Agnus DEI, qui tollis peccata mūdi
Misere nobis JESU.

J E S U audi nos.

J E S U exaudi nos;

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster. &c.

Sit Nomen Domini benedictum.

223 Manipulus piarum precum;
¶ Ex hoc nunc, & usque in sæculū.
Oremus.

OMnipotens sempiterne D E U S,
dirige actus nostros in benepla-
cito tuo, ut in nomine dilecti Filii tui,
mereamur bonis operibus abundare.

D E U S virtutum, cuius est totum
quod est optimum, insere pectoribus
nostris amore tui Nominis, & præsta in
nobis religionis augmētū, ut quæ sūt
bona nutrias, ac pietatis studio quæ
sunt nutrita custodias: Qui vivis &
regnas cum D E O Patre: in unitate
Spiritu Sancti D E U S, per omnia sæ-
cula sæculorum. Amen.



LITE-

LITERÆ APOSTOLICÆ

IN FORMA BREVIUM.

*Quibus Sanctissimus Dominus N.
D. BENEDICTUS PAPA XIII. In-
stitutum Clericorum Sæcularium in Commu-
ne Virantium Apostolica Authoritate ab
INNOCENTIO PP. XI. Confirmatū. Archis-
Episcopis, Episcopis, Regni Poloniae & M.
D. Lithuaniae commendavit.*

ima.

Ad Celsissimum Illusterrissimum ac Ré-
verendissimum Dominum Dñm
THEODORUM à POTOK POTOCKI
Archiepiscopum Gnesnensem,
Legatum Natū Regni Poloniæ
& M. D. Lithuaniae Primate
Primumq; Principem
Abbatem Tynecensem.

*Venerabilis Frater Salutem & Apostoli-
cā Benedictionē. Dignissimam tuo Or-
dine, tuaq; Pastorali sollicitudine operam
reputamus, si ad propagandum Institutum*

K5

Cle-

Clericorū in Commune viventium, authoritatis & Zeli tui vires impendas. Neq; vero gratius Tibi quidpiam esse potest, quam ea curare atq; provehere, quæ ad Ecclesiastica Disciplina præsidium comparata esse intelligis, Te proinde Venerabilis Frater Vehementer hortamur, ut ad laudabile illud; atq; ab hac Sancta Sede probatum Clericis Vitæ genus, tuendum & amplificandum tam in tua ista, quam in ceteris Provinciae Tue Ecclesiis eam sed utilitatem adhibeas, quā in rebus ad Divinū cultū animarūq; salutem pertinentibus eximia cū laude impendere nō prætermittis. Ad Divini siquidē Honoris & Disciplina Incrementū spectat tā instituti illius rationes, quā nostræ hujusmodi Commendationis Officia; Quibus dum Fraternitatem tuam alacri animo obsecundaturam confidimus, Tibi Venerabilis Frater Apostolicam Benedictionem permanenter impertimur Datū Romæ apud Sanctā Mariā Majorē sub annulo Piscatoris Die xxv.bris MDCCXXVI. Pōtificatus nostri Anno tertio.

C. Archiep: Emilienus

(L. S.)

Ad Celsissimum Illustrissimum ac Re-
verendissimum Dominum Dñm
C O N S T A N T I N U M i n S Z A N I A W Y
S Z A N I A W S K I.

Episcopū Cracoviensē, Duce Severiæ.

Venerabilis Frater Salutem & Apostoli-
cam Benedictionem. Salutares fructus,
quos ab Instituto Clericorum Secularium
in Communi viventium provenire di gnoisci-
mus. & uberioris proventuros esse confidimus,
quemadmodum vehementer nos excitant, ut
ad illius incrementum in tua ista Diœcesi
curas Apostolicas conferamus, ita fraterni-
tatis Tuæ operam depescunt; neq; nos sinunt,
quia Tibi grata futura sint nostræ benigni-
tatis Officia, quibus opem authoritatis, ac
pietatis Tuæ requirimus, & flagitamus.
Quod igitur Institutum ista Tibi injuncta
Pastoralis Ministerij sollicitudo commendet,
hoc Virtuti, ac Patrocinio Tuo, studijs etiam
nostris magnoperè commendaamus. Enitere
propterea Venerabilis Frater pro ea, quam
in

in colenda Domini vinea præstas vigilan-
tia, solertiaq; ut laudatissima Institutio-
nis opus latius propagetur, Tuiq; Zeli præ-
sidium jugiter experiatur. Id autē, cum
filialis Tua erga nos observantia, & Eccle-
siastica disciplina Zelus cumulatissime pol-
liceatur, amplius consummatura speramus
Paterna vota, quibus Tuum subsidium po-
scimus, & precipuam caritatem, quam fra-
ternitati Apostolicam benedictionem imper-
timur. Datum Roma Die 2. Maij 1726.

Ad Illustrissimum Excellentissimum
ac Reverendissimum Dominum
Dominum N. PANCERZYNISKI,
Episcopum Vilnensem.

Venerabilis Frater Salutem. Quem in
cunctis Episcopalis Ministerii Curis &
Actibus egregie probas, Zelus Ecclesiasticae
Discipline facit: ut quecunq; ad illius uti-
litatem & Incrementum redundatura confi-
dimus. Tua Virtuti ac Vigilantiae alaci
fidentiq; animo commendemus. Hoc autem
in ge-

in genere potissimum censemus Institutum
Clericorum in Communi Viventium, quod
hujus Sanctæ Sedis Iudicio probatum, magis
ad huc utilitate Ecclesiarum commendari
magnopere optamus. Propterea Fraternita-
tem Tuam ad illius praesidium Paternis Of-
ficijs ad vocamus Tibi certo confirmantes, fu-
turū nobis gratissimū, Tuisq; Pastoralibus lau-
dib; dignū, si Tua authoritat is ac sollicitudinio
opem conferas, & quā soles animarum sa-
luti ad vigilare, solertiam adhibeas, ut sa-
lutaris Institutio in Tua Diœcesi pro-
pagetur. Quanti enim Ecclesiæ inter sit, ut
Clericalis vita optimis Exemplis abundet,
fraternitas Tua sat intelligit, idq; si unquā,
alias, tēporū nostrorum conditio vehementer
postulat. Te igitur admittente laudabile In-
stitutū nova Incremēta suscipiat, quod non
soliū ad cōsolationis nostra, sed Meritorū etiā
Tuorū cumulū accedet, ac Fraternitati Tua A-
postolicā Benedictionē permanēter impertimur

Datū Romæ Die 2. Maij A. D. 1726.
Similia Brevia ab eodē Sāssimo sūt data
Illūmis & Rūdissimis Episcopis Polna-
ninesi, Luceorienſi, Płocensi, &c. &c.

BREVE APOSTOLICUM

SANCTISSIMI DOMINI N.

INNOCENTII PAPÆ XI.

Quo jus ad Beneficia &c. declaratur,
 & titulus ordinationis pro Cleri-
 cis Sæcularibus in Commune
 viventibus conceditur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Prospéro felicíq[ue] Instituti dilectorū filio-
 rum Clericorum Sæculariū in Communi-
 viventiū statui, & progressui quatū No-
 bis ex alto conceditur providere, eosque spe-
 cialibus favoribus, & gratijs prosequi volē-
 tes, & eorū singulares Personas à quibusvis
 excommunicationis, suspensionis, & interdi-
 eti, alijsq[ue] Ecclesiasticis sententijs, censuris,
 & pœnis, à jure vel ab homine quavis occa-
 sione, vel causa latet, si quibus quomodoli-
 bet innodatae existunt, ad effectū præsentiū
 dumtaxat consequendū harū serie absolue-
 tes & absolutas fore consentes, supplicationis
 bus

bus eorum nomine Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati de Congregationis nōnul-
lorū ex Venerabilibus Fratribus Nostris sāctæ
Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & aliquo-
rum ex dilectis filijs Romanæ Curiae Prælatis
à Nobis specialiter deputatæ consilio, autho-
ritate Apostolica tenore præsentium decla-
ramus, cosdem Clericos Sæculares in commu-
ni vivētes, quorū Institutū & Cōstitutiones
nuper approbavimus, ex assumptione sta-
tūs & vita Comunis juxta Institutum &
Constitutiones hujusmodi nullo modo reddī
incapaces Beneficiorum Ecclesiasticorū, cum
curā vel sine curā animarum, & alias cu-
juscumque qualitatis conditionis vel naturæ
existentium, quæ per Clericos Sæculares in
titulum, Commendam vel administrationē,
aut alias quovis modo obtineri conservaverūt,
ac proinde ipsos Clericos Sæculares in Com-
muni viventes, tam præsentes, quam fu-
tueros, quæcūque Beneficia Ecclesiastica hu-
jusmodi, quæ de præsenti Canonice obtinet,
retinere, & alia qualibet, servatis de jure
ser-

servādis, consequi & obtinere posse; & quatenus ad illa ceteroqui Canonice presentantur, vel elegantur, aut alias quovis modo assumantur, in illis Institutui, electionesque de eorum personis factae confirmari posse, & debere in omnibus & per omnia, perinde ac si Institutum predictum minimè assumpsisset, nec in illo viveret: Ita tamen ut ipsi omnibus & singulis eorundem Beneficiorum obligationibus satisfaciant, oneraque illis incumbentia supportent, quemadmodum alij Clerici Seculares illa obtinentes satisfacere, & supportare deberent. Praterea eosdem Clericos in communi viventes, cum Seculares sint, omnibus & singulis Clericorum Secularium juribus, prerogatiis, praemonitijs, immunitatibus, facultatibus, & privilegijs uti, frui, potiri, gaudere posse & debere. Ad demum eisdem Clericis Secularibus in Communi viventibus, ut licet sufficientem beneficij vel patrimonij titulum ad sacros ordines de jure requisitum non obtineant, nihilominus de superioris Generalis dicti Institutii

pro

pro tempore existentis licentia, ad titulum
Communitatis sive Instituti prædicti pro
arbitrio, & conscientia Ordinariorum locoru
ad sacros Ordines hujusmodi, servatis alias
servandis, promoveri valeant, auctoritate
& tenore præfatis concedimus, & indulge-
mus, eà tamen lege, ut si eos subinde dimit-
ti contingat, idem Institutum eis omnia ad
congruam eorum sustentationem necessaria
subministrare teneatur, idque donec, & quo-
usq; eis aliundè sufficenter fuerit provisum,
ad id autem præfatus Superior Generalis bo-
na dicti Instituti in forma Iuris validè o-
bligare & hypothecare debeat in manibus
eorundem Ordinariorum quibus cure exiit se-
dulò inspicere, an eidem Instituto sufficientes
suppetant facultates, ex quibus necessaria si-
cuit præmittitur Clericis prædictis valeant,
supportatis ceteris ipsius Instituti oneribus
subministrari. Decernentes easdem præsen-
tes literas semper firmas, validas, & efficaces
existere, & fore, suosque plenarios & inte-
gros effectus sortiri & obtinere, ac illis ad
quos

quos spectat & pro tempore spectabit in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quocunque Iudices Ordinarios & delegatos etiam causarū Palatij Apostolici Auditores judicari & definiti debere, ac irritū & inanest secus super his à quoquam quarvis autoritate scienter vel ignorantier contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non quibusvis etiā confirmatione Apostolica, vel quarvis firmitate roboretis statutis & cōfuetudinibus, privilegijs quoque, indultis & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quicmodilibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis illorū tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis & ad verbū insertis habentes illis aliis in suo robore permanuris ad præmissorum effectum hæc vicem dimitaxat specialiter & expresse derogamus.

cate-

ceterisque contrarijs quibuscumque. Volu-
mus autem ut earundem præsentium litera-
rum transumptis, seu exemplis, etiam im-
pressis, manu alicujus Notarij publici sub-
scriptis, & si gillo persona in Ecclesiastica di-
gnitate constituta munita, eadē prorsus fides
ubique locorum tam in judicio, quam extra
illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentib⁹
si forent exhibitæ vel ostensa. Dat: Romæ a-
pud Sanctam MARFAM Majorem sub
Annulo Piscatoris die ix. Febr: MDCLXXXV.
Pontificatus Nostri Anno Nono.

J. G. Staffius.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Laurentius Bellus.

Cur: Caus: Cam: Apost: Notar:

ROMÆ, Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ MDCLXXXV,

BRE-

§)(+)(§
BREVE APOSTOLICUM
Sanctissimi D. N. INNOCENTII

P A P Æ XI.

Cocessionis Indulgentiarum pro In-
 stituto Clericorum Sæcularium in
 commune viventium.

INNOCENTIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum Nos Institutū, & Constitutiones
 Clericorū Sæcularium in Commune vi-
 ventium auctoritate Apostolica confirmare-
 rimus, & (sicut acceperimus) iidem Clerici
 in vinea Domini ad animarum salutem stren-
 uè laborent, multaque pietatis, & Christi-
 ana Charitatis opera assidue exerceant: hinc
 est quod Nos felici eorum in vinea manda-
 torum Domini progressui, dictique Institu-
 ti ad DEI gloriam, & Ecclesiæ Catholice,
 cui Superni dispositione consili, meritis li-
 cet imparibus praesidemus utilitatem, spiri-
 tualalemque Christi fidelium adificationem

pro-

propagationi, & in cremento, quantum Nobis ex alto concreditur, providere cupientes; de omnipotentis DEI misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Clericis Secularibus, qui dictum Institutū in posterū ingredientur, die primo eorū ingressus, si verè pœnitentes, & confessi, Sanctissimū Eucharistiae Sacramentum sumperint, plenariam, illis quoque qui Institutum hujusmodi ingressi, & in eo viventes juramentum de perseverando usque ad mortem in eodem Instituto juxta Constitutiones predictas præstiterint, & verè similiter pœnitentes, & confessi, eo die Sacra Communione refecti fuerint, itidē plenariam; Ac præfatis Clericis Secularibus in Commune viventibus, nunc & pro tempore existentibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè pariter pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiventerint, saltem contriti, Nomen IESU ore, si potuerint, si minus, corde devotè in-

tyoca.

Ducaverint, etiam plenaria; Praterea eadem præsentibus, & futuris Clericis Secularibus verè similiter paenitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam dicti Instituti Ecclesiam vel Oratorium, vel Parochialem Ecclesiam loci ubi pro tempore commorabuntur, die festo S. Petri ad Vincula à primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro felici Instituti præfati progressu & propagatione ac pro Christianorum Principum concordia, harassum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiae exaltatione pias ad DEUM preces effuderint, pariter plenariam; Insuper eisdem Clericis Secularibus in Commune viventibus, qui spiritualia exercitia per octiduum continuum in aliqua ejusdem Instituti domo peregerint, & interea verè quoq[ue] paenitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistie sacramentum prædictum sumpserint, ac ut præfertur, oraverint, similiter plenariam semel in anno omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericordi-

ter

ter in Domino concedimus. Ac de sum eisde
Clericis Secularibus præsentibus, & futuris
sub Instituto predicto viventibus, qui sin-
gulis diebus manè conscientiam suam dili-
genter examinaverint, cum proposito à pec-
catis abstinenti, & se corrigendi, ac Lita-
nias Beata MARIÆ Virginis deuotè reci-
taverint, & ut suprà expressum est, ora-
verint, centum dies pro unoquog₃ die quo id
egerint, de injunctis eis, seu alias quomodo-
libet debit is pænitentiis in forma Ecclesiæ
consuet a relaxamus. Præsentibus perpetuis
fus uris temporibus valitur is. Volumus au-
tem, ut earundem præsentium literarū tran-
sum ris, seu exemplis, etiam impressis ma-
nu alicujus Notarij publici subscriptis, &
sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate con-
stitutæ muniris, eadem prorsus fides ubiq₃ lo-
corum habeatur, qua habetur ipsis præ-
sentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Da-
tu Romæ apud sanctā Mariā Majorē sub an-
nul Piscatoris die XI Aprilis M.DCLXXXV.
Pontificatus nostri Anno Nono.

Loco ✠ Annuli Piscatoris

J. G. Slusius.

BREVIS DELINEATIO

VITÆ EXIMII SERVI DEI
BARTHOLOMÆI
HOLZHAUSER
 PRESBYTERI SÆCULARIS,



INSTITUTI CLERICORUM
 Sæcularium in Commune viventium,
 Initium & progressus.

Venerabilis Vir BARTHOLOMÆUS
 HOLZHAUSER p. m. in pago Lon-
 gnau quatuor horas Dilingâ subditione Il-
 lustriſſimorum DD. Comitum Fuggerorū
 ſito, circa Festum S. BARTHOLOMÆI
 1613. natus, latinitatis rudimenta Augusta
 Vindelicorum posuit: literas humaniores
 Neoburgi ad Danubium Ingolſtadii verò
 Philosophicas, & Theologicas disciplinas ab-
 ſolvit: ubi & S. Presbyteratus Ordine ritè
 initiatus ipſo die feſto Pentecostes 1639.
 in Capella B. V. MARIAE de Victoria pri-

mum

num Sacrum fecit: Anno dein 1640. inse-
quente, & studiorum suorum Theologicorū
postremo, licentiā Doctoratū Theologicī in-
signitus rectā Salisburgin se contulit, pri-
ma vitæ Clericorum Secularium in commu-
ni viventium restauranda fundamenta po-
siturus, id quod cum aliquot sua intentionis
Sacerdotibus in Ecclesia Collegiata S. Lau-
rentii in Tittmoning, in Canonicum Cura-
tum assumptus, ipso D. Petri ad Vincula die
eiusdem anni re ipsa præstitit. Anno 1642.
jubetur esse Vicarius Reverendissimi, & Il-
lustrissimi Principis Episcopi Chiemensis &
Decanus ad S. Ioannem in Leog gonthal; ubi
usque ad annum 1655. cum magno subdito-
rum ac pauperum, nec minori complurium Sæ-
cerdotum id temporis furorem Svecicum de-
clinantium, ac aliorum quorumcunque qua-
cunque animi perturbatione pulsatorum, sub-
fidio & solatio persttit. Inde vocatus ab E-
minentissimo & Celsissimo Principe Electore
Moguntino Ioanne Philippo per trienniū Des-
canus & Parochus Bingæ infra Moguntiam

L

fuit

fuit usque ad 20. diem Maij 1658. qua sub
heram nonam matutinam in praesentia qua-
tuor Sacerdotum animam ejus DEO com-
mendantium, cum per ventum esset ad illa
verba: Subvenite Sancti DEI, &c. inter-
sercni vultus indicia, Sacramentis Ecclesia
rite protulit animam DEO reddidit; cum
annos vita numeraret quadraginta quinque
minus tres menses; atque secundum restitu-
tam a se vitam communem in Clero sacer-
tali superstes annos egisset octodecim, vi-
dissetque non sine magno suo solatio eandem
receptam in binis Archiepiscopatibus Salis-
burgensi & Moguntino, nec non in Epi-
scopatibus tribus Chiemensi, Fisingensi; ac
Heripolensi, majoribus identidem increme-
nis suicrescere; in quorum posteriori non so-
lum anno 1654. Clericis vitam hanc com-
munem viventibus Seminarium, & plura
Parochialia beneficia collata sunt, sed ipsum
etiam eorum Institutum anno 1655. publicis
literis (prout & anno 1644. ab Illustrissimo
& Reverendissimo Principe Episcopo Curiæ-

si, & anno 1653 à pariter Illustrissimo &
Reverendissimo Principe Episcopo Ratisbonen-
si pro eorum Diaconibus) approbatum, & co-
mendatum per totam Diaconiam extitit. Ab
obitu Venerab. D. Bartholomei cura Sacer-
dotū ejusdem Instituti effecit, ut anno 1661.
Moguntia Seminarium pro eodem Instituto
fuerit erectum, ac dein ipsius Constitutiones
approbatæ, ac jussu & authoritate Eminen-
tissimi Archiepiscopi Anno 1662. primò im-
pressæ publicatæque fuerint. Cujus pruden-
tissimi Principis Electoris secutus exemplum
Illustrissimus ac Reverendissimus S. R. I.
Princeps Praepositus ac Dominus Elvaciensis,
Episcopatus Augustani id temporis Admi-
nistrator, huic Instituto in Principatu suū
in modo dicta Augustana Diaconia existente,
jam anno 1663. à se introducto, Beneficia
aliquot Parochialia committi, & insuper Se-
minarium in Civitate Dilingæ sub Patro-
cinio S. Francisci de Sales, in Episcopū ele-
ctus anno 1665. erigi, ac ipsas etiam Con-
stitutiones denudim præsumi curavit. Annis de-


hinc 1666. in Diœcēsim Passaviensem rece-
ptum, & 1674. in Archiepiscopatū Stri-
goniensem Regni Ungariae Primatum introdu-
ctū fuit idem Institutū, ibique anno 1676.
approbatum, atque Episcopis Comprovincia-
libus singulari Archiprefulī illius Zelo com-
mendatum. Anno 1680 26 Aprilis S. Con-
gregatio Eminentissimorum Cardinalium in
hunc finem specialiter deputata illud Autho-
ritate Apostolica approbandum censuit, sicut
ēadem Authoritate die 7 Iunij e jussim anni
a. S. N. D INNOCENTIO PP. XI. una
cum Constitutionibus in forma specifica fuit
approbatum & confirmatum, atque Roma-
no Imperatori, diversis Archiepiscopis, Epi-
scopis, & Principibus per Brevia Apostolica
commendatū. Anno 1682. Rex Hispaniarū
in ejusdem introductionem in Regnis suis cū
Consilio Regio, Clementissime consensit, ac
proinde favente Reverendissimo & Illustris-
simo Episcopo in Circitate Gerundensi Semi-
narium cæptum fuit. Iisdem tēporibus Emi-
nentissimus Cardinalis de Norfolcia Regno-

rum

rum Angliae & Scotie Protector, eorundem
Regnum Sacerdotilus omnibus, hæcæ In-
stitutum Clericorū Communis vitæ Pastora-
libus literis commendavit; Quod similiter
Eminentissimus Cardinalis de Alterijs S. R.
E Camerarius pro Regno Hiberniæ præst-
tit. Circa idē tempus etiam in Italia plā-
tatu est Institutum, precipue in Regno Si-
ciliæ, Jane duodecim Domus Collegiatæ, à
Sacerdotibus Communis vitæ inhabitantur.
Anno deinde 1683. Singulari Serenissimi
Regis Regni Poloniæ benevolentia, Il-
lustrissimus & Rñdissimus Episcopus
Posnaniensis idem Institutum, in suum
Episcopatu cū Consensu Synodi Diœcesa-
nae acceptavit. & Seminarij Ianovia funda-
ti; directione cōmisit. Anno vero 1685. Id ipsū
per Comitia Generalia publicè receptum est.
Eodem anno cū consensu V. Capituli Varfa-
viensis Ecclesia Collegiatæ S. Ioannis, di-

rectio Seminarij penes dictam Ecclesiam eret
at, ejusdem Instituti Sacerdotibus concredi-
ta. Successu temporis circa annum 1699. Il-
lustrissimus D. Dolski Mareschalcus
M. D. Lithvaniæ, in suis bonis Hæredita-
rijs Carolin propè Pinscū, Præpositurā pro
Sacerdotibus Communis Vitæ de nova radice
erexit. Anno dein 1711. Illustrissimus &
Excellentissimus Dñus Joānes Bona-
ventura, in Crasne Comes Krasinski Pa-
latinus Plocensis, Parochiā suā Vęgro-
viensem in Præpositurale erexit, & nova
fundatione auctā, Clericis secularibus in Cō-
mune vi vētibus tradidit. Ijsdem tempori-
bus nova fundatio Cameneci Lithuanensis
facta, pro eodē Instituto per Synodū & De-
cretū Illustrissimi Episcopi Luceorien-
sis, atq; V. Capituli cōfirmata Recenter vero
Celsissimus Princeps Constantinus
Szaniawski Episcopus Cracoviensis
Anno 1726. Sacerdotes Seculares in Commis-
ni viventes in Almam Diœcēsim Cracovię-
sem admissit, tradendo eisdem Clericis Semi-
narium

narii Diœcesanum Kickense; quod à Prafa-
to Celsissimo, à fundamentis, in Amplissi-
mâ & magnificâ formâ de muro adificatū,
sufficiet iq; ac largâ dote provisū est & fun-
datū. Recentissime Illusterrimus & Ex-
cellentissimus Dñus Archiepiscopus
Metropolitanus Leopoliensis JOAN-
NES SKARBEK præfatū Institutū ad
suā Archidiœcēsim Introduxit, ad interim se-
minarii Diœcesanū hujus vitæ Sacerdotilis
committendo. Illusterrima verò SIENIA-
WSKA Ducissa Regni, novam in eadem
Archidiœcēsi fecit fundationem, Sacerdotes
hujus Institutū locando ad Ecclesiam Pre-
posituralem in Arce Brzezanensi.



PISTOLA FUNDAMENTALIS
Ven: Viri BARTHOLOMÆI HOLTZ-
HAUSER i Restitutoris vitæ cōmuniſ
Clericorū ſæculariū; quā ad ſuos
Alleclas adverſitatibus preſſos,
iisde & posteris eorū pro ſo-
latio ſcripſit. Anno 1644.

Pax, Gratia & Charitas Dei cū ſonib⁹ vobis. A.
Inter Cæteras ſollicitudines Fratres
Charissimi, quibus per omne Tēpus
erga minimū vitæ Clericalis novū in-
ſtitutū ſuperabūdo; quomodo videli-
cet consumem cursum meum & fide-
lis inveniar! Omnia maxima eſt de
vobis, non ſolum autē devobis verū
etia de omnibus qui in hoc vitæ pro-
poſito continentur, ut in obsequio fi-
dei & incorruptæ ſimplicitatis contra
mundi carnis & Diaboli Machinamē-
ta inviolati ſubſtant; Quo Fundamē-
to firmiter ſtante ſicut omniū hostiū
Tela in vanum cadent, ita ſane eodē
laben-

labente structura vestra spiritualis totaliter rueret. Et bona mea sollicitudinē magis & quidē de vobis illud augēt: quod audivi inter vos murmur & Spiritūs disgustū exurgere cōtrariū probationi fidei vestræ; Quod ex parte credo: Cum sciam, quia Satan vos cibrabit, habens enim irā magnā ex innumerabilibus fructibus, quos defactō ex hoc modico evenire & magis evētuos astutē sagax prævidet, nō ita facile inultos vos trāsire permettet, sed secundū Tēpus & tēpora (prout & quantū DEI dispensatio permiserit) multū insidiabitur calcaneo fidei vestræ, & intelligentias vestras in humano sensu propriæ sapientiæ exacuans; simplicitatē spei vestræ primæ, in qua oīm bene ambulatis, ex adversis variè contingentibus enervare conabitur. Ex quo capite tandem omnem confidentiā erga eū qui hoc negotium dirigit, amitteretis, & remissi facti in

probatione fidei vestræ animū despōderetis, respicientes post quietā ollarū Egyptiacarū fruitionem; quā mundū hunc & amatores illius gaudere cum dolore conspicitis. Et quāvis in Christo JESU qui fidelis Deus est penitus confidam, vos ultra id quod potestis sustinere, & utile vobis est nō tētādos esse; verū tamē nō tām præsentī malo remedari quam de futuro præcavere volens hanc Epistolā vobis scribo ex quā sciatis contrā omnē eventū contrarium in inviolatā fide probationis vestræ immoti per gratiā DEI stare.

Primum Fundamentū cui in omnibus difficultatibus & adversitatibus unicē innitamini, est fides vestra; quā in spe filiorū Dei sinē hæfitatione penitus confidere debetis; Me, et si indignū ad hoc opus Ecclesiaz Christi dispositione miserantis Dei prorsūs vocatū: Deinde vos omnes similiter in ejusdē operis Ministeriū præordinatos & vocatos

ecatos esse: Quæ vecatio mihi quidē
revelatione divinâ per fidē certò cō-
stat, de quâ plura litteris consignare,
humilitatis modestia, & Personæ meæ
peccatricis vilitas non sinunt; vobis
vero omnibus sicut & mihi decursus
omnium eorum per quæ isto quatri-
ennio propositum nostrum exurre-
xit & conatus simplicitatis nostræ fuē-
re præventi, prædictam vestrā voca-
tionem tanquam per signa
credibilitatis omnino indubiam red-
dit, si modo ea penitulatè per ordi-
nē considerare velimus. Quam enim
mirabiliter conjuncti sumus! quam
conjunctionē neq; caro aut sanguis,
neq; proprii amoris stimulus, aut ya-
ni alicujus honoris incentiū, nec
denique ullum aliud temporale com-
modum ac humanum interesse effec-
re, cum hæc omnia à nostro proposi-
to penitus proscripta & procul rele-
gata manifestè cernantur. Ergo gratia

Spi-

252 Epistola Fundamentalis.

Spiritus Sancti, qui consolatur humiles, conjunxit nos, & vocavit consolatione suâ ad opus in quo parturiētes Spiritu laboramus Deinde quis nos in hâc unitate hactenus conservavit, & fortitudinem & Spiritus longanimitatem ac patientiam Crucis tribuit, quæ tanquā fortes Athletæ Christi per omnia adversa calcantes gaudio spirituali sustinuimus? quot enim angustiæ & tribulationes, & Cruces, & pericula ex hoc mundo, ex falsis fratribus, ex insidiis hominū ex linguis mēdaciū, ex susurratione invidētiū, ex detractionibus ignoratiū & ex insultib^o Diabolorū qui omna tēraverunt jam ab intra, jam ab extra turbationes animorum, Antipathias ingeniōrum cōtrarietates opinionū & iudiciorum nos ipsos s̄epius adversus invicem concitavit! Zelum indiscretum in animis hominum contra nos sanguinem incendium effervescente fecit

cit quo incensi multi putantes se obsequium superiori potestati p̄æstare, nos humiles persecuti sunt, & obstacula posuerunt & disturbare nos voluerunt verbo, facto & exēplo & sexcenta alia. Et in his omnibus sustinimus crucē didicimus pati; & non solum nemo ex nobis defecit, sed fortiores facti sumus, & exuperavit gaudiū Consolatio & gratia DEI in cordibus nostris, quæ omnia certam vocationem nostrā reddunt, & solidissimè probant ex hâc minimâ ex humili plantulâ ejusmodi arborē exurteaturā in his ultimis diebus, quæ umbraculū faciat æstuanti huic sæculo in sceleribus suis. Deniq. finis & media hujus vocationis honestate, necessitate, & utilitate plena & possibilia p̄æ oculis existunt, sicut omnes homines aliqui ingenij qui institutum legerunt, aut legūt sine affectu judicantes unanimiter fatentur, **Quis ergo inspiravit**

vit? Audiabolus? Sed contra regnū suum quod per hanc vitā directe destruitur, nihil faciet aut inspirabit. An propria sapientia? Sed ipsi scitis me à puerō parvulum lacte nitem fuisse ubera simplicitatis; neq; in persuasibilibus humanæ Sapientiæ argumentis exuperâste. Quid ergo aliud dicemus, nisi JESUM Christum per Matrē tuā, & voluntatē, & intelligentiā, & opus hoc in manib; nostris posuisse: resperxit enim nos humiles & abscondit hæc à Sapientibus qui fuerunt tot sacerulis & revelavit ea parvulis suis servis, qui facient & benedicentur & prosperabuntur in multâ humilitate. Ergo vocati sumus à Christo JESU in opus & coronidem operis sui Sancti in Ecclesiæ ædificationē, ergo etiā omnia cooperabuntur nobis in bonū finaliter. Ergo adversa varie nobis continentia, quæ subinde secundū præsentem instantiā nos urgēt, nō destituūt

voca-

vocationē nostrā primā, sed ædificant
& probationem fidei nostræ afferunt;
probatio autē spē, spes vero nō cōfū-
dit. Quid ergo dicēmus in adversis;
quod infidelis sit Deus., absit. Quod
reprobus sit vester Antesignanus, aut
quod seducatur spiritu fallaci fugaci-
tatis, nullo modo; sed probatio fidei
horum omnium Finis est: Cum etiā
Sancti DEI contemptibiles, & imbe-
cilles in præsenti vita extiterint: Ergo
non consūmaverunt cursum, ergo se-
ducti sunt vano spiritu fugacitatis,
nullo modo, sed probati sunt in pau-
cis & in multis bene dispositi. Cum
enim quis probatus fuerit, & proba-
tio fidei apud DEUM mensuram suam
impleverit, accipiet coronam fidei,
quā fidelis per omnia aduersa substitit
per gratiam Christi.

Secundum Fundamentum est sciē-
tia in adversis & difficilibus, quā vide-
licet prudenter sciatis in quem finem
divi-

divina Providentia illa permittat: quod fundamentum quia in vobis radicatum non est, in vocatione vestra subinde nutantes turbabimini ad tempus. Hoc ergo scitote intelligentes, quod Deus omnia sua opera præcipua in sumâ humilitate exurgere voluerit. Deinde incrementum a iudiciâ DEUS ab æterno non disposuit, quam ingentes difficultates, tribulationes, adversa, cruces, contemptus, detractiones, falsiloquia, judicia contraria hominū, falsos Fratres, Zelū indilcretum persecutorum; insidias inimicorum Crucis Christi Machinamēta occulta Diabolorum & errores, & tentationes & sexcenta alia, Quæ omnia hujusmodi operum incrementum DEI sapientia esse voluit, ut primi lapides Posteriori in omni humilitate, patientia & longanimitate tanquam purissimum aurum in igne probati subsistentiam mererentur. Elegit enim Deus stulta hujus

hujus mundi ut confundat fortia. Et hoc Fratres charissimi, esse veritatem solidissime fundatam, vobis constare potest non solum ex scripturâ, verum etiam ex omnibus retro sæculis, in quibus viri fortes Ecclesiam DEI operibus suis Sanctis ædificaverât. Ergo adversa, et si secundum præsentem instantiâ prorsus de structura subinde exurgentē nostrā plantuā videantur; nullo modo destruūt, sed magis ædificât; & vos omnes in virtutibus & scientiâ depurât. Quæ facies erat exurgentis Ecclesiæ Xstii; secti sūt, disticti sūt, dispersi sūt, lapidati sūt; cōbusti sūt. Si hodie Mille Christiani facti, sequenti die sæpius oñes occisi, & turbatio usq; ad aliquot centenos annos. Contempti sunt, stulti habiti, ducti ad præsides, & quis prudens sibi imaginari tunc poterat Ecclesiam hanc sive sectam (ut vocârunt prudentes hujus Sæculi) ad statum Monarchicum mundi pervenitram; Cum ad aliquot centenos an-

nos nihil nisi occiso, & turbatio, & inundatio malorum fuerit. Sed vos dicitis: viri illi Spiritum DEI habuerunt, nos autem infirmi sumus erramus, seducimur, indiscreti sumus, immaturum Zelum habemus: & culpam nostram tribulationes nobis eveniunt. Verum etsi Spiritum DEI habuerint tamē hæc ipsis etiam & milles graviora in probationem fidei acciderunt, ingemuerunt sub iugo malorum. Apostolus dicit: redet nos vivere: infirmi erant, indiscreti erat, tentati sunt, contentiones habebant, æmulabantur, peccaverunt, erraverunt: Imponebat manus & dabat Spiritum Sanctum indignis decepti: postea illi utpote ex diabolo inceperunt schismata, Hæreses, & docuerunt contra, Rebelles facti, sicut maximè conqueritur Apostolus Paulus de falsis fratribus. Quid ergo dicemus de his; ergo Spiritum DEI non habuerunt, aut exciderunt de

de gratiâ Spiritûs discretionis; nullo modo: Sed DEUS permittit subtrahêdo ad tempus sine culpâ lumen veritatis in probationem fidei Sanctorû. Deinde in Temporalibus cõstituerût œconomos, Diaconos; Et falsi Fratres se magis motivo necessitatis & sustentationis per otium associarunt: postea rebellaverunt, defraudaverût, acceperunt; discesserunt, elati sunt, & devoraverunt. Ubi hoc scriptum est; in Apostolo Paulo dicente: Si sicutis vero si quis in servitutē redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hâc parte. Hoc & ego dico vobis in hâc parte. quâ vehementer vos disgustatos & impatientes fuisse & esse; scio: Iterum dico, ne quis putet me ideo esse insipientem; quod multi devoraverint, multi acceperint, multi elati sunt & discesserint: In his ego gloriarbor,

riabor, quia sustinui sine culpâ, quid dicemus ergo in his; ergo nos peribimus, ergo temporalia in ruinâ nobis erunt, ergo nos dissolvemur? nullo modo: Sed magis ex hoc sapientes erimus, confirmabimur & divites erimus multû & stabimus gloriantes in omnibus his per JESUM Christum Crucifixum: Si enim ipsi passi sunt, & millies plura, & graviora passi sunt & nos patientes talia fidem accipimus firmam de consummando cursu nostro, quem gratiâ JESU Christi & Ecclesie suæ Sanctæ nos evacuantes suscepimus. Ergo ô Fratres mei charissimi, alacres estote, & omne gaudiū existimate si invarias tentationes incideritis, probatio enim fidei vestræ pretiosior omni auro & argento. Itaq; fratres mei charissimi nolite terrori, nolite turbari in omnibus adversis, sed gaudete & sperate, & omnem cōfidentiam hæc videntes in vobis concipite.

cipite; quia hæc omnia solidissimum fundamentum sunt, ex quo scire possumus, cursum nostrum nos feliciter & finaliter consumaturos. Cœlū nō statim ruet, neq; statim secundū præsentē malorum instantiam institutum nostrum peribit: sunt muscæ Diaboli, & quo major turbatio eo minus ego turbor, & quo majora pericula eo minus ego curo in fortitudine Spiritus per JESUM Christū confirmatus.

Tertium Fundamentum est libertas Filiorum Dei, in quā stantes libere agimus foras misso timore īnani offēsionis humanæ; neq; attendentes ad humanā hujusmodi Sapientiam, quæ stultitia est apud Deum; Dominū Cœli timemus, Præcepta ejus observamus, implentes etiam ea, quæ Superiorū potestates nobis Canonice mādant, in cursu nostro & in actibus nostris libertatem servamus, nō curātes eos qui refutere nobis voluerint, aut
ope;

opera nostra judicantes reprehenderint, & sinistrè omnia interpretati fuerint. Hæc libertas Filiorū DEL, in quā omnes Sancti DEI, & viri fortes st̄ates olim cursū suū cōsūmaverunt, nobis tam necessaria est, quam necessaria est anima Corpori, sine quā mortui sumus: in hāc libertate Fratres, velle ita vos abundare, sicut in timiditate inani vos abundare scio: nimis cito turbamini credentes judicatibus vos: nihil arduum audetis timentes etiam minimas confusiones: pacem cordis amittitis nimis in ordinate placere cupientes omnibus, maximè iis qui foris nobis præsunt, quibus impossibile est in cursu nostro semper placere, quidquid dicant homines non curandum si secundum Regulam mandatorum Christi & Ecclesiæ ejus operemur: Quid verba hominum? Volant nec lapides movere possunt, neq; majores neq; minores estis ex verbis eorum. Nimis

aniles estis attendentes ad omnia
quæ sp̄rguntur quibus & cor præbe-
tis, & in iis Sæpius usq; ad turbatio-
nem & pusillanimitatem & desponsi-
onē animi involvimini. Judicia homi-
num nimis superstitionē accipitis, mi-
hi autem pro minimo certè est, si ab
hominibus judicor: Hinc vos in vo-
bis ipsis diffiditis, contemptibiles ef-
ficiemini, & timidi & nihil audetis
arduum in bonis, quia verba & judi-
cia reprehensionesq; Hominū time-
tis. Creditis inimicis vestris, & di-
mittitis de spe vocationis vestræ, vo-
catis in quæstionē vocationē vestrā,
tanquā dubiā rē quā firmiter credere
sperare & resignare humillimè divinæ
voluntati deberetis, stantes firmi in
Fundamēto vocationis vestræ. Quid
ergo hic vel ille quā libertatē carnis
& Spiritus diligit, aut ignorat nesciēs
intrinsecā instituti structurā, judicat
nos non posse cursum incepturn con-
summa.

summare, nos non consummabimus! An judiciū hominū DEI volūtantē e-
vertet, & faciet decreta ejus irrita, o-
pera suæ potētiæ impossibilia, Sapiē-
tiæ insipientia, fortia imbecillia, ardua
non futura, difficultia non possibilia? Nullo modo. Proinde vos infirmi estis,
& libertatē Sanctā nondū bene radi-
catā habetis citò in vobis ipsis ex ver-
bis & judiciis hominū inaniter difflu-
entes. Et ex hoc capite opera nostra
in timore & pusillanimitate fiunt, ju-
dicia instabilia, proposita infirma, &
Consilia nostra tanquam arundo ven-
tis agitata, omni mutabilitati subiecta
cernuntur. Ergo unusquisq; hujus-
modi libertatis subsistentiā per gratiā
DEI & frequentationē actuū in animo
acquirere, & probe fundare studeat,
in quā veluti in quodā propugnaculo
stantes liberè operari, bona proposita
executioni dare, & Consilia bene sta-
bilita habere possitis, si debitā circū-
specio-

spectione & providetiâ illa semel re-
ctè ponderaveritis. Esetis enim hic
servi quibus mundus illud eret, & tan-
dē in eā angustiâ animi cōjiceret quæ
vos totaliter in agēdo perplexos red-
edert; cū nihil tam Sanctū & prudens
faciū sanumq; Consiliū, quod nō Sa-
pientia hujus mundi carpere possit.

Quattuum Fundamentū est ut vo-
bis firmiter persuadeatis, cursum hu-
jus vitæ propositi per media ordina-
ta, quæ in humanâ providentiâ sem-
per existant aut existere videantur,
consequenter neq; via Ordinaria per
humanum ordinem perpetuò decur-
rere posse. Hoc se ita habere ipsi vo-
bis facile persuadebitis si consideretis,
quod non solū nulla via extet, quam
ad hanc vitâ & Clericorū cōjunctionē
aliquis nobis stravit; Verū etiā quod
Divinâ Providetiâ proposito fine Mi-
litibus suis ad Majorē Gloriâ merito-
rū Media ordinariē abscondat; Sicut

M

Pater

Pater aliquis volens ad se attrahere filium matum ostendit, nucē vero abscondit: Hinc semper difficultatem & maximā arduitatē mediorū in executione finis servis suis relinquit, quam postea mediante suā gratiā & Auxilio per ingentes labores, curas, preces, varia Consilia, industriā, Cruces, tribulationes, varietates bonorū & malorū prosperorū & adversorū superātes vincere debent. Et hoc ita DEUM assolere, nobis ex omnibus retro sacerulis constat ubi semper proposito fine servis suis abscondit media, ut illa per Heroicam fidem, spem & resignationem à Domino successivè tanquam per violentiā Spirituale efflagitarent, Sic Deus Abraham promittit dicens; Multiplicabo Semen tuum sicut Stellas Cœli, mediū autem ob Saræsterilitatem nullum extitit. Sed credidit Abraham, & reputatū est ei ad justitiam, quā meruit Filiū præter Naturā acci-

accipere; postea probans DEUS Abraham, an infirmus esset in fide, spe & resignatione, jussit immolari Filiū suum: & sic iterū nullū prorsū Mediū ad illū finem cernebatur: Et obedivit Abraham & credidit contra spē, de spe Priori in spem alteram, & meruit audire vocem Angeli de non immolādo Filio suo. Et sic səpissimè Deus nō solum media abscondit, sed dans illa denuò irrita səpe facit ad tempus, ut ad majorē fidē, spē & resignationē servos suos alliciat. Sic & nos in nostro proposito procedere debemus, et si media certa subinde non appareant, aut apparentia denuò deficiant & irritentur, de fide tamen spe & resignatione in Dñum nostrū JESUM Christū & Matrē ejus, aut de fine proposito quidquā recedere nō debemus, sed alacriores reddi ad laborandum: Sic omnibus Fundatoribus Statū Deus proposuit finē, & media abscondit, &

tamē finē feliciter aſſecuti ſunt, non
per viam ordinariā & media in huma-
na providentia jām existentia ſed per
Fidē mereri debuerūt. & per laborē aſ-
ſequi quod non viderant. Sic & mihi
Deus ante undecim annos in revela-
tione per fidē Finē poſuit, media au-
tē proſrus abſcondit; Et credere didi-
ci contra ſpē, de ſpe in ſpē alteram: &
accipere merui universale firſtema ali-
cujuſ Monarchici Corporis de quo
ſcitis, ſed media ulterius nō vidi, qui-
bus propositū meū inciperē: proinde
credidi tanquam cœcus innitens ba-
culo divinæ voluntatis & credidi cō-
tra ſpē, de ſpe Priori in ſpē alterā. Et
Deus movit corda veſtra contra vo-
luntatē veſtrā Naturalē, ut eſſetis So-
cii & parati ad hanc vitam, & ſic uſq;
huc ſicut ipsi ſcitis, in fide ſpe & reſi-
gnatione cordis amabulavi, & pleraq;
præter humana expeſtationē in con-
fusionem hujus ſæculi Sapientiæ ac-
cide-

ciderunt & prosperata sunt ut optime
memoriâ tenetis, itaq; quia media
viâ ordinariâ in aliquâ humanâ provi-
dentiâ non existunt, quid miru est, si
ii qui fortis sunt, Sinistrè dispositionē
nostrā judicent & insipientiā æstimēt,
aut quid turbamini, si subinde errore
decipiamur, viâ enim à nemine stra-
tā quis sine errore & peccato maximè
politico accedet, quæ tā ardua & spī-
nosa est? Hoc ideo dico, ut sicut ego
vestras libenter infirmitates sustineo,
ita vos errores meos & defectus adex-
tra, quos Deus in mei humiliationem
& probationē uberiorēq; eruditioñē
subinde in meis dispositionibus per-
mittit aut imposterū permittet, in Sci-
etiâ accipiatis; ex animo supportātes,
donec ego vobiscū & vos mecū cre-
scamus in virtū perfectū & mensuram
plenitudinis Christi: neq; imposterū
murmurate cōtra me vobis expedit in
cōtrariis eventibus, sed magis æquo

Mz

animo

animo prospera & adversa accipere:
neq; nimis sapere vos decet supra id
quod ad vos nō spectat: Confido enim
per gratiā IESU Xsti, me vobis nō fo-
re ignominiā, nisi in Cruce Dñi nostri:
neq; vos seducā, aut in tentationes no-
civas coniiciam, sicut quidā avaritiæ
cultores arbitrantur vos turbare vo-
lentes. Scitis enim quomodo hactenus
vobis condescéderim, è contra me &
omnia mea evacuādo impenderim &
superimpenderim & adhuc impendā
quamdiu guttulā Sanguinis in Corde
meo & capillū in capite superstite ha-
buero. In simplicitate meā sicut hac-
tenus ambulabo & secundū scientiā:
Proinde finite me agere, Cōsilia vestra
audiā, sed mihi dispositio & judicādū
reservare erit, quod in quavis nego-
tio agendum vel omittendū. Non ex-
pedit vobis in contemptū abire, aut
judicare quando tempestas Adverso-
rū ingruit; Socii laborū Socii & præ-
miorum,

miorū, Socii in prosperis, Socii in adversi. Charitas nunquam evacuatur, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. An jam saturati estis, an jam regnatis, an jam Sapientes facti estis, an jā super abundatis, an jam Judices estis im plentes etiam mensuram cum hoc mundo? Hæc scribo vobis, ut bona confidentiam quam olim habuistis, cōservantes de animis vestris excidere non sinatis, & in vocatione vestrā in quā vocati estis, firmiter stantes permaneatis, adversa qualiacūq; illa sint, vos perturbare nō sinatis; quia sic oportet fieri in incre mentum nostrum; proinde libertatem animi maxime ad extra cōserveare; Certā facite vocationē vestrā coronātes eā conatibus Sā-
Etis in hoc vitæ proposito. Et hæc est Epistola, quā vob s ex intimis medullis charitatis quā erga vos omnes & institutū nostrū in veritate totus incē-
dor scribere voluit, ut diligatis me, &

diligatis & invicem in sinceritate &
sanctitate & dilectionis vestra nō sit
finis, usq; dū cōveniamus in Patriā.
Interim bonā spē habeatis ausu atacri
& indefesso Studio laborantes, (unus-
quisq; Pro ut accepit à Dño) usq; dū
cursum nostrū Cōsummētis. Orate
pro me sicut ego vos semper in orati-
onibus meis habeō. Estote salutati in
osculo dilectionis Iesu Christi. Gratia
Dñi nostri Iesu Xsti cū omnibus vobis
Amē. BARTHOLOMÆUS PECCATOR.

§ F I N A L I S.

Menētote mei, & miseremini vestri ho-
munc onis infimi o Fratres mei intimi
Menētote quæso mei, ut hæc faciatis: tāquam
parturiēs & agonizās, o Filioli mei, hæc la-
chrymor & scribo. Sobrii estote, & in habitu
Sancto humiles cōversamini in hoc mundo.
Omniē tēpus in Gloriā Dēi & salutē animarū
collocate, sicut præscripsi vobis: viā verarū
& Solidarū Christianarū virtutū à juuen-
tute

tute ingrediētes semper in melius ambulate:
Cōmunitatē bonorū tāquam Testamētū vīta
eterne ambabus ulnis sine decisiōne & fraude
osculo dilectionis amplectētes semper tenete,
ut sitis nihil habētes & omnia possidētes, &
bene utētes hoc mūdo sic trāseatis per bona tē-
poralia, ne amittatis eterna. Et qui cōeconomī
sunt fideliter administrēt, & in omni Chari-
tatis sollicitudine omniū necessitatem semper
prāveniētes taliter Fratribus alteris dispe-
sent, qualiter sibi dispeſari vellēt. Familias
vestrāstām Clericorū, quām Laicorū ita ina-
ſtituere sat agite, ut utroq; proportionato
pāſſu in timore Domini omni tēpore progre-
diatur. Vocationē vestrā ad extra dignā fa-
cīte vīta eternā, cōgregantes vobis coronā
ex lucro animarū ſicut prāſcripsi vobis: Sed
nō obliuiscimini recollectionis internā, cujus
virtute per quotidianā meditationē, aut fal-
tē lectionē Spirituale & jacula S.Spiritus, id
quod per labores aut strepitum hujus ſaculū
deperditū eſt iterū restauretur. Scientiā ha-
bete & discretionē tāquam omniū virtutum
Matrē & Magistrā Sanctā in omnibus ver-

ſtris


stris actionibus vobis semper preponite & in
operamini maxime ad extra nisi quod illius
Sanctæ Cynsura post maturā præmeditatio-
nē & aliorū auditio Consilio operandū vel
omittendū suaserit. Societate & Fraternam
conversationē in vinculo amoris ad invicem
retinet, & à commercio Mulierū tāquam
à facie colubri accedentes fugite & deniq;
ut hæc ita propagetur & in sempiternū cō-
seruetur ad Matricē hujus statūs, quā or-
dinavi attendite & ex eā per generationē
quandam continuā Filios intemeratos ad eā-
dem hanc vitā & vocationem vobis educate.
Media instituendi eam DEI misericordia &
Gratia Principū ad manum vobis dabunt, si
instanter eā deprecantes, discretione & dex-
teritate agendi utī sat agitis. Mementote
mei o Fratres Medullitus amantissimi, Me-
mentote o Filioli mei existentes & futuri,
ut hæc semper faciatis, & nunquam dilabi
disciplinā ac jugū permittatis. Et si ad te-
pore post tempora inclinare videritis, reducite
ad carbones ignis Spiritus Sancti. Custodite
Institutū; Dirigite Fratres in omni humili-
tate


rate & Charitate ut Filii lucis sitis, Memore-
tote mei quæso ne in utiliter institutū limi-
tantes disciplinā enervetis, ut fieri solet. Vos
& Superiores Custodes agri, vigiles domus
DEI Virgæ regnantes, circuite vineā Domi-
ni, & videte quæso, ut totius hujus instituti
circūferentia sine inscissione in columnis subsi-
stat; Debilita roborate, ut quæ successu tē poris
de disciplinā dilabi cōtingit, mature restau-
rate, Alloquor hodie omnes existentes & fu-
turos tāquam Filios meos Charissimos,
si quæ Societas spiritus, si quæ viscera
miserationis & si quod vinculum dilec-
tionis, & si quæ vis Lachrimarū implete gau-
diū meū, ut idē etiā sapiatis eādem charitatē
habentes, unanimis id ipsum sentientes, nihil
percontentiōne, neq; per inanē Gloriā sed in
humilitate superiores sibi invicē arbitran-
tes, nō quæ sua sunt singuli quærentes, unus
alterius onera portate, fragilitati mutua in-
vicē cōdescēdite, supportate invicē; & deniq;
Fratres, unus alteri obediāt in omne bonū, se-
cundū Deū Patrē & Dominū IESUM Chri-
stūm. Observate sedulo obedientiā directionis
& ejus subordinationē & sic sub jacete in vi-

ce sicut mēbra in corpore. Dirigite v̄s in-
viē, & dirigi uniusquisq; se sinat secundū
præscriptā subordinationē. Nā quemadmo-
dū catena in multis membris per connexio-
nem & quemadmodū Corpus humanū sub uno
capite secundū subordinationem membrorū in-
feriorū & superiorū in suā Compaginē beatū
consistit; ita vos s̄ bic ab invicem per vi-
talitatem spiritualem vegetari & connexi
permaneritis, eritis Corpus & Status, &
Templū IESU Christi, Gloriā mundi, honor
Ecclesiæ, edificatio populi, cōfractio Filii per-
ditionis, & odor agri pleni. Complementū
Statū, planta pedū totius Universi. Spi-
ritualis Universalis Corporis quod est Ecclesia
conflata ex omnibus statibus ultima proles.
Gratiā Dñi Nostri JESU Christi & Be-
nedictio Patris, & abundantia Spiritus
Sancti vobiscū sit & vobiscū ambulet
in sempiternū; ut vos omnes cū poste-
ritate videā, deosculer & amplexu
Cælesti cōprehendā in æternā
Beatitudine. Amen.



BIBLIOTHECA
V.H.U.
INSULÆ
CRACOVIENSIS





Biblioteka Jagiellońska



stdr0026660

